



NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
34 G
17
ROMA

Ces deux livres ont esté
acheptés a la vente de la
Bibliothèque de feu Mr le
Chancelier Seguier, et reliés
depuis par le Vasseur, pour
cette Bibliothèque en 1686.

VALDENSIVM AC QVORVNDAM ALIORVM ERRORES, PRAECIPVAS,

ac pene omnes, quæ nunc vigent, hæreseis continentes. Quibus accessit recens illorum omnium ex Sacris potissimum literis impugnatio. Nec non de æqua bonorum Ecclesiæ distributione & vsu debito, déque eorundem oppositis. ex quibus ortæ sunt hæreses multæ, Succincta eáque non pœnitenda declaratio, autore Claudio Coussord doctore Theologo.



PARISIIS,
Apud Thomam Richardum, sub Bibliis aureis, ex aduerso Collegij Remensis.
M. D. XLVIII.

Cum Priuilegio Regio, ad quinquennium.

Priuilege royal

Par lettres patentes du Roy, données a fontaine Bleau, le xxvj. iour de Febrier, Mil cinq cens xlvij. ſignées par le Roy, Boulliond, & ſéellées ſoub le grãd & contre ſéel dudit Seigneur, eſt permis & octroyé a Thomas Richard Imprimeur & Libraire en L'uniuerſité de Paris, de faire imprimer & mettre en vente vng Liure nagueres cõpoſé par maiſtre Claude Couſſord, docteur en la faculté de Theologie en ladicte Vniuerſité. Intitulé, Valdenſiũ ac quorũdam aliorũ errores &c. Et defenſes a tous autres Libraires & Imprimeurs, ne l'mprimer ou vẽdre iuſques a cinq ans, ſur peine de cõfiſcation deſdictz liures, qui autrement auront eſté imprimes & venduz, & d'amende arbitraire.

CLAVDIVS COVSSORD Sacrarum literarum apud Parisios professor immeritus, Christiano Lectori. Salutem ac fœlicitatem.



RIMVM *erat animus, Valdensium hæreses olim per* Romanum *conciliũ damnatas, & per fratrem* Raynerium *quondam fidei inquisitorem, antè ducentos nonaginta sex annos congestas in unum, nude, ut erant, in lucem proferre: ut qui eas tanto iam tempore sepultas reuocarunt ab inferis, tam antiqua illarum damnatione moti, cessarent furere: & errata agnoscerẽt sua. Verum cum hæc nostra tam infœlix ætas, tot támque amentes hæreticos patiatur, ut qui quondam omnibus omnino displicebat error, hodie prô pudor, amplexetur à pluribus:* Operæ *pretium uisum est, tam præsens uenenum sine antidoto non exire. Vt si nec pudore, nec conciliorum autoritate, reuocentur hæretici:* Sacræ *saltem scripturæ gladio confodiantur* Ne *uel infirmos quosque secum semper rapiant in baratrum. Præterea his aliquot alias admodum famosas hæreses, cum quadraginta quinque errorum* Ioannis Vuicleff, *in constãtiensi concilio reprobatorum articulis, & autoru dãnatione subiecimus: quòd hi Valdensium erroribus ma*

iori ex parte conspirent. Vnde merito sit una omnium damnationis sententia quodque illis ex adiuncto hæreticorum fuco capiantur quàm plurimi: qui prolatis inferius scripturæ sacræ autoritatibus ac rationibus, sibi post hac melius prospicere poterunt, adiecta denique in calce ultimi capitis contra nonnullos curiosos. De particulari prædestinati hominis certitudine, appendice consolatoria. Et quia ex iniqua bonorum Ecclesiæ distributione & abusu, nõ ab orthodoxa solum fide recedendi, sed & Ecclesiam persequendi ansam arripuerunt hæretici: ante hæresum impugnationẽ, de æqua simul & iniqua bonorum Ecclesiæ dispensatione & abusu, ex Philosopho, sacris literis, ac Ecclesiæ decretis, sermonẽ texuimus. Vnde cõpendio scias, quibus dispẽsanda sint Ecclesiæ beneficia, Quæ illorum licita sit pluralitas, quæque illicita, Quæ papæ de illis dispensatio securum reddat, & quæ non, cum pœnarum in symoniacos adiectione, præsentantium, uel etiam beneficia resignantium, obligatione. Postremo quatenus expetenda sint ipsa beneficia: paucis aperietur. Horum autem omnium iudicium, priusquam eadem legeris, ne habeas oro humanißimè lector: eorum enim quisque bonus est iudex, quæ nouit, inquit philosophus: nostra certè intentio fuit, nihil illorum intentatum & inexpugnatum relinquere: quod si assecuti sumus, Deo gratias ago, sin minus: quod, nisi fallor, minime reor, mihi post metẽtium terga (qui ante nos diligentißime scripserunt) spicas legenti, ueniam dato. Vale christiane lector ac boni consule.

DE AEQVA BONORVM ECCLESIAE DISTRIBVTIONE *& vſu debito, déque eorũdem oppoſitis: ex Philoſopho, ſacris literis, ac canonibus, ſuccincta declaratio.*

VM RERVM omnium damnabilis ſit omnis abuſus, quo contra creatoris ordinem homo abutitur creatura: tum vel maximè bonorum Eccleſiæ. Hæc enim pauperũ Chriſti patrimonia cũ ſint teſte Auguſtino illorũ diſpẽſatio ad ipſos Eccleſiæ Chriſti miniſtros merito pertinere dignoſcitur. Itaq; ante ſermonẽ de hæreſibus, de iniqua bonorũ Eccleſiæ diſtributione & abuſu primo, ex quibus illę vt plurimum ortum habuere, déque eorumdem oppoſitis, nonnihil dicere viſum eſt, quo tandem, cognita horum malorum cauſa, ex tanta errorũ caligine reſpirãdi ſuæ à Deo Eccleſiæ tempus aliquod piorũ præcibus cõcedatur. Id quod ex duorũ altero, vel vtroq; dũtaxat, nobis ſperandũ eſſe videtur, aut ex generalis Eccleſiæ cõcilii prudentia, aut ex ſola Dei ſemper in neceſſariis, vbi humanũ deficit auxiliũ, miſerantis opera. Nos igitur hũc ſcribẽdi ordinẽ ſeruã-

Bona Eccl. pauperum patrimonia eſſe: quorũ diſpenſatio ad Eccleſiaſticos pertinet.

Libelli Diuiſio.

præſtat, hæc ibi, quæ quia minimè attendunt hę retici, facile in omnem impietatis & arrogantiæ ignominiam feruntur præcipites

Primus articulus.

Quod igitur primo loco propoſitum eſt, quibus ſcilicet cõmittẽda ſint Eccleſiæ ſacerdotia, primum aggrediamur: oſtendamusq́ue, nõ ſanguinis ſucceſsione, velut in antiqua lege, aut carnali affectu, ſicut nunc paſsim in noua, ſed pro diuini cultus ratione & animarum ſalute, iuxta perſonæ dignitatem & Eccleſiæ commoditatẽ diſtribuenda eſſe Chriſti beneficia.

Quibus veterum exẽplo cõmittẽda ſint Eccleſiæ gubernacula & ſacerdotia.

Moyſes.

Ioſue.

Imprimis moriturus Moyſes de quo ꝓpheta Dauid, Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, nullum de filiis ſuis ſibi ſucceſſorem reliquit, ſed dominum orauit dicẽs, prouideat dominus Deus ſpirituũ, omnis carnis hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc, ne ſit populus domini ſicut oues abſque paſtore. num. 27. Elegit autem dominus Ioſue, vt ibidem patet, in quo dicit eſſe Dei ſpiritum. Ad verbum eius, inquit Deus, egredietur & ingredietur omnis multitudo Iſrael. Hic Ioſue terrã Iſrael poſtea diſtribuens filiis Ioſeph, qui de eius tribu erant, ita paruam portionem atque aliis contulit, quibus dũ quærerẽtur dicẽtes, ſe eſſe in ſua tribu cæteris numeroſiores, reſpondit ille. ſi populus multus es, aſcẽde in ſyluã, & ſuccide tibi ſpatia in terra Phereſæi, quia auguſta eſt tibi poſſeſsio mõtis Ephraim Ioſue 17. Neq; propterea carni acquieuit ipſe aut ſanguini Cõſimile prius fecerat Moyſes, cum duodecim boues & ſeptem plauſtra, quæ in erectio-

ne tabernaculi obtulerant principes tribuũ, Le uitis distribuisset:nihil eorum filiis Caath licet sibi sanguine propinquis cõferre voluit tametsi soli omnia tabernaculi interiora propriis gestarent humeris.ad diuinum siquidem cultũ & honorem pio nõ carnali affectu spectabat fidelis in domo Dei dispensator,nume.7. Fidelis quoque & Idoneus Hieremias ipse nobisque longe *Hieremias.* dissimilis:qui cum audisset à Deo:priusquam te formarem in vtero,noui te, & prophetam in gẽtibus dedi te: onus prædicationis expauẽs respõdit.a a a, domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum,& dixit dominus ad me, ecce ego dedi verba mea in ore tuo. Vides ne quem Deus sanctificauerat, & antequã nasceretur, dignũ iã prophetã fecerat:onus illud prædicatiõis, quod multi hodie misere ambiunt,sollicite recusásse? Quod si ex opposito Esaiæ vltro se ad id offerẽtis exemplum mihi obiicias:respondebat enim *Esaias.* ille domino quęrenti:quem mittam,& quis ibit nobis?ecce ego inquit,mitte me. Hoc telũ belle retundit B. Grego.169 cap. Epistolarum ad Cyriacum Episcopum constantinopo. dicens. En ab vtroque exterius diuersa vox pro[illegible]it:sed non à diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor & proximi,per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiẽs Esaias officium prædicationis appetiit,per contemplatiuam vero Hieremias amori conditoris sui inhærere desyderãs, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit,

Esaiæ & Hieremiæ contraria, ut uidebantur, facta conciliat Gregorius.

Ioan. 21. Neque enim ſuos ille conſanguineos nō diligebat: de quorum altero dicitur Ioannis vltimo, conuerſus Petrus vidit illū diſcipulum: quē diligebat Ieſus, ſequētē, qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius. An ne poſteri illud imitarētur, hoc fecit, hoc eſt ne carnem ſpiritui, & Deo mundum anteponerent diſpenſatores futuri? hoc certe fuit, & quia plus cæteris apoſtolis diligeretur à Petro. queq; non ſua, ſed quæ Chriſti erāt, ſciebat quæſiturū: ſuoque exemplo animā pro ouibus poſiturū nouerat, eidem ſui gregis paſturā commiſit, vnde dicturus, inquit Rupertus, paſce agnos meos, paſce oues meas, interrogando præmiſit. Diligis me plus his? videlicet quia dilectione opus eſt ei, qui paſcēdos rationales agnos ſuſcipit. Illa vtiq; dilectione, qua ipſe princeps paſtorū primus animam ſuā poſuit pro ouibus ſuis. Et pulchre agnos vocat, quorū ſalutem nunc recens immolatus vt aries in ſanguine ſuo genuerat, hæc ille. Attendāt hoc diligenter & aduertant velim, qui nulla omnino habita de animarum ſalute cura, nepotibus conſanguineis ſeruis ac aliis interdum vilioribus perſonis, Eccleſiæ Chriſti patrimonium velut pylati milites Chriſti veſtimenta condiuidunt: ſeque in mundo vixiſſe non arbitrantur, nec ſe libenter dicūt morituros: niſi pri us ſuos ad quàm poſſunt maximum Eccleſiæ gradum quaqua via euexerint, ac per hoc mundo ſpectabiles fecerint. Quid eſt, inquit Augu. in Ioānem, tracta. 124, aliud, diligis me? paſce oues

Præcedentium applicatio.

meas,quàm si diceretur,si me diligis,non te:pascere te cogita oues meas:& sicut meas pasce, nõ tuas:gloriã meã in eis quære, non tuã:meum dominiũ,non tuum:lucra mea, nõ tua: ne sis in eorum societate,qui pertinent ad tempora periculosa:seipsos amantes,& cætera quæ huic malorum initio cõnectuntur. Hæc enim omnia mala ab eo velut fonte manãt,quod primũ posuit, seipsos amãtes. Merito dicitur Petro,diligis me & respõdet,amo te, eique refertur,pasce agnos meos. Et iterum hoc tertio. Non ergo nos, sed ipsum amemus, & in pascendis ouibus eius, ea quæ sunt eius,nõ ea quæ sunt nostra quæramus. Nescio quo inexplicabili modo quisquis seipsum,nõ Deũ amat:nõ se amat. Et quisquis Deũ, nõ seipsũ amat:ipse se amat. qui enim non potest viuere de se:moritur vtique amando se. Nõ ergo se amat:qui ne viuat,se amat. Hic se, dicit August. pro sensitiua sui parte. de qua Christus. qui diligit animam suam in hoc mundo: perdet eam. Deinde sequitur, Cũ vero diligitur,de quo viuitur:non se diligendo,magis diligit,qui propterea se non diligit: vt eum diligat, de quo viuit. Et consequenter, idem August. totum illum locum 2. ad Thim. 3. cap. Hoc autem scito quia in nouissimis diebus instabunt tẽpora periculosa. Et erunt homines seipsos amantes. exponendo,sic ait,non sint ergo seipsos amantes, qui pascunt oues Christi. Ne tanquam suas,nõ tanquã ipsius pascant eas. & velint ex eis sua lucra conquirere,sicut amatores pecuniæ,vel eis domina

Amor sui & Dei simul ex æquo stare non posse.

3. ca. 2. ad Thi. Epist. *contra malos* Eccles. *pastores* Aug. *expo.*

Ex *amore sui tanquã ex radice quadã sedecim in litera pastorũ uitia pullulare.*

ri, ſicut elati. vel gloriari de honoribus, quos ab eis ſumũt, ſicut ſuperbi: vel in tãtum progredi, vt etiam hæreſes faciant: ſicut blaſphemi. Nec cædant ſanctis patribus ſicut parentibus non obedientes, & eis qui illos corripere, quia perire nolunt mala pro bonis reddãt: ſicut ingrati. Interficiant animas ſuas & alienas, ſicut ſceleſti. materna Eccleſiæ viſcera diſsipent, ſicut irreligioſi. Non compatiantur infirmis, ſicut ſine affectione. famam ſanctorum maculare conẽtur, ſicut detractores. Cupiditates peſsimas nõ refrenẽt, ſicut incontinentes. exerceant lites, ſicut immites. Neſciant ſubuenire, ſicut ſine benignitate. indicẽt inimicis piorum quæ occulta cognouerunt, ſicut proditores, non intelligentes neq; quę loquuntur, neque de quibus affirmant, ſicut cæcati. Lętitias carnales ſpiritualibus gaudiis anteponant, ſicut voluptatum amatores, magis quã Dei. Hæc enim atque huiuſmodi vitia, ſiue vni homini accidant omnia. ſiue his alia. Illis alia dominentur, ex illa radice quodam modo pullulant, cum ſint homines ſeipſos amantes. quod vitium maxime cauendum eſt iis, qui paſcũt oues Chriſti, ne ſua quærant, non quæ Ieſu Chriſti. Et in vſus cupiditatũ ſuarũ cõferãt, pro quib⁹ ſanguis fuſus eſt Chriſti. Hæc omnia Auguſt. in Ioannem: quæ his noſtris temporibus futura pręuidit Apoſtolus. Ex eo Auguſtinus intellexit, & nos ipſi experimur. Ne cui mirum eſſe videatur, ſi tales hodie in Eccleſia paſtores vulgo cernantur. Neque enim fieri, aut contingere

potest, vel minimum quid, quod Deus ab æterno futurum suo tempore, nō preuiderit. Quod si Ecclesiæ suæ multo quā euenerit ante p Apostolum suū reuelare dignatus est: quis non ei gratias agat vel quā maximas? cum tela præuisa minus ferāt, quā ea fortunæ, seu fato nescio cui, tribuenda putet, cum illis, quos Atheistas vocant? de quibus Psalmista ait, dixit insipiens in corde suo, non est Deus. vnde & Hiero. de vera circuncisio. Deus autem, qui ipse ratio est, vt nihil nō plena ratione formauit, ita nihil ab homine fieri sine ratione mādauit. Ipsi enim cæci sunt, qui fortunā putāt habere aliquid potestatis. Hæc ille. Quales autē habendi sint tales pastores declarat idem August. tracta. in Ioannem 46. sunt in Ecclesia quidam præpositi de quibus apostolus dicit sua quærētes, non quæ Iesu Christi. Quid est sua quærentes? nō Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando appetūtur à præposito, & propter hæc seruitur Deo, quisquis talis est, mercenarius est, inter filios se non computet. De talibus dixit, Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Iuuat non parum hunc sanctissimum doctorem, quē alios inter doctores, velut aquilā inter aues, aut Ioannem inter Euangelistas suspicio ac veneror, audire differentem. Tres, inquit, personas dixit dominus. & debemus illas inuestigare in Euangelio, pastoris, mercenarii & furis. Pastorē

Fatales Atheistæ.

Hiero. Fortuna nulla potestas.

August. de mercenariis pastoribus.

Tres in Euāgelio personæ quæ-

rendæ pastor, mercenarius, & fur siue latro.

dicit animam suam ponere pro ouibus, intrare per ianuam. furem dicit & latronem ascendere per aliam partem. mercenarium dicit, lupum vel etiam furem si videat, fugere: quia non est ei cura de ouibus. diligēdus est pastor, tolerandus est mercenari⁹, cauēdus est latro. Et paulo post, Quisquis à Deo præter Deum aliquid quærit, non caste Deum quærit. Deus autem noster nū quam pauper esse potest, sed tamē non diuitias amare debemus, sed eum qui fecit illas. Non enim tibi promisit nisi se, inueni aliquid præciosius, & hoc tibi dabit. Hæc Augu. Ex his omnibus scripturæ locis Ioā. 10. & 21. 2. ad Thi. 3. ad Phil. 1. & illo Matt. 6. quærite primo regnū dei. Item ex Ezech. 34. cap. væ patribus Israel, qui pascebant semel ipsos. cum Augustini super eisdem locis expositione non pauca diligenter intuēti axiomata possunt inferri, quib⁹ hodie maior beneficiorum pars procul à tramite veritatis abesse conuincatur. Si enim qui per ostium, id est Christum, eodem teste Ioan. 10. (Ego sum ostium ouium) intrat in ouile pastor est, & qui aliunde, fur & latro: qua ergo intrauit mercenarius, ait Rupertus, qui non est pastor, nec rursus mactat aut perdit sicut fur? nō enim aperte sicut Arrius, vel alius quilibet hæresiarches seuit aut persequitur. Restat vtique vt si fur non est, socius tamen furum sit, quia de talibus per prophetam dictum est. Principes tui socii furum, omnes diligunt munera. Socius autem furum animo est. nam corpore cum pastoribus per ostiū

Mercenarius quāuis fur non sit furū tamen socius ani-

intrare visus est. Itaque diuisus ipse est. quapropter de huiusmodi alibi dictum est. Veniet dominus serui illius in die quo nō sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Diuidet, inquit, id est diuisum & duplicem fuisse redarguet. Diuidet eum, id est pastoralis gratiæ donū ab illo auferet, & ipsum pœnis tradet. Hæc ille. Ex his primum sequitur heræticos omnes qui adulationibus, prædicationis officiū à magnatibus extorquēt, aut illorum fauore ad Ecclesiastica officia & beneficia prouehuntur, aliunde quam per ostium intrare, Christique testimonio qui veniunt vt tales, fures esse & latrones, tanquā qui mactent & perdant. Item quotquot Ecclesiæ bona ob propriam duntaxat vtilitatem nulla habita diuini officii aut salutis animarum ratione consequuntur. Quotquot postremo propriam ob cō moditatē magis q̃ ꝓpter Deū aut proximi salutem in ouile ouiū penetrant, quāuis per ostium quia per ordinariam potestatem ingredi videantur, mercenarios esse, ac propria non quæ Iesu Christi sunt quærere. De quibus abunde dictū est superius, vnde dictorum fides habeatur. Hoc tamen vltimum quod plus difficultatis habere videtur, sic ostēditur ex Aug. Quisquis à Deo præter Deum aliquid quærit, non caste Deum quærit qđ ego sic intelligere soleo, præter Deū, id est sine Deo; vel æqualiter cū eo, aliquid quęrit, subaudi in Deum referendorum, non caste Deum quærit, quia scilicet non magis illud pro

mo est quo ad lucra, nā corpore cū pastore per ostium intrare ui sus est.

Qui sint fures & latrones, & unde ascendāt, qui & mercenarij colligitur.

Augu. dictū qui adeo præter Deū aliqd quærit exponitur.

pter Deũ quam propter aliud à Deo, quęrit. vñ de merito dictum est, quærite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. si igitur primo, id est secundum eundem Aug. præ cæteris & ante omnia quęrendum est regnum Dei, non igitur magis nec ex æquo quęrenda erunt illa tẽporalia. Verum &, quod plus est, nec illa ex eo Euangelii loco dicit esse quærenda August. sed tantũ solum Dei regnũ quærentibus adiicienda fore. Hæc autem omnia ita esse, sanctorum patrum exemplo clare monstratur, qui olim mũdo renunciantes propter Christum, & omnia relinquentes, bonam tunc hominum partem syncera quadam religione cum innumeris bonorum facultatibus, quibus hodie monasteria & exstructa & dotata sunt, post se traxerunt ad Christũ. Verũ ea ipsa hodie ab huiusmodi mercẽariis passim, prò dolor, Ecclesiæ bona occupãtibus, aucupãtibus, ac inuadẽtibus sæpe, deuorantur. Sed hæc de pastoribus ꝑ ostiũ intrantibus, mercenariis furum sociis qui cum pastoribus intrare visi sunt, ac latronibus qui aliunde penetrant sint dicta. Simoniace autem ingrediẽtibus in ouile, quorum turba maxima, iura omnia resistunt, etiam dormientibus hominibus, naturale diuinũ & humanum. Naturale quidem quòd res spiritualis vel eidem annexa nulla re temporali digne compensari valeat. vnde Prouerb. 3. de sapiẽtia dicitur. præciosior est cũctis opibus, & omnia quæ desiderantur huic non valent comparari. Diuinum vero, quoniã

Symoniacis iura omnia resistunt.

ratis accepiſtis, gratis date Matth. 10. de hu-
1s transgreſsione promptum habes exemplum
ıčto. 8. de Symone mago, cui a Petro dictũ eſt,
ecunia tua tecum ſit in perditionem qui donũ
Dei exiſtimaſti poſsideri pecunia. Iure autem
umano conuictus de ſymonia deponendus
enit. cap. de hoc, & ſeq. de ſymo. Et in extra-
ag. cõmuni. cap. cum deteſtabile ſcelus in 6.

Symoniaci omnes excõmunicati, & eorum puiſiones nullæ.

Omnes ſymoniaci cuiuſcunque dignitatis, ut, ſtatus ſunt ipſo facto excommunicati. Electiones & aliæ prouiſiones per ſymoniam factæ non valent, nec ius percipiendi fructus tribuunt, quod ſi intelligendum dicas de ſymonia co publicè conuicto, aut in iure confeſſo, reſpondetur quòd ſymoniacus occultus de quo ſcilicet per ſententiam non conſtat, aut per confeſſionem in iure factam, vel per rei euidentiam, quæ nulla tergiuerſatione celari poſsit eſt, in ordine, & beneficio ſuſpẽſus, & excõmunicatus, p extrauag. Martini quinti, Eugenii quarti, & pii ſecũdi, de qua ſuperius dictum eſt, in qua hæc etiam habentur. Et eorum quemlibet, nempe ſymoniacum, tam manifeſtum quam occultum & cæt. quas pœnas ipſo facto eos incurrere volumus. Hæc ibi, Quare videant & intelligant hoc carnis parentes, qui pecunia, muneribus, fauore, præcio æquipollẽti, ſeruitiis, aut alia re tẽporali, ſacerdotia ſuis vndique liberis cõquirũt, & accumulant: ſciant omnes taliũ actores, mediatores procuratores, cum vel ſine pacto dederint, ac vi dati illa beneficia obtinuerint, ſe ſen-

Symoniacos obligari ad resignationem symoniace quæsitorũ.

tentiã excõmunicationis incurrere, à qua nisi à Romano põtifice nõ possunt absolui prçter quã in mortis articulo, & huiusmodi beneficia ita scienter adeptos ad resignationem obligari taliter acquisitorum, nec inde facere fructus suos, sed ad illorũ restitutionem sub animarũ periculo fore astrinctos. Hçc posteriora in dicta pii secundi extrauag.

Symonia mentalis quæ, & quõ purgetur.

Secus autem de mentali symonia, in qua nullo pacto præcedente nihil datũ acceptúmve fuit, quãuis forte dãdi vel accipiendi animus vtrinque interuenerit. ex cap. mandato de symo. Quo casu non necessaria est acquisitorum resignatio, sicut in prçcedentibus sufficit enim sola peccati confessio, absque resignatione.

Capitis mãdato ultimi de symo. intellectus.

Et hoc modo intelligi debet prædictum cap. mandato. Iuxta glo. ibidem in versu. quæ solo animi affectu taliter acquirũtur, ita habentem nullo scilicet dato præcio, nullo pacto præcedente. Non igitur iuxta quorundam interpraetationem per hoc cap. eximuntur à resignatione symoniaci, qui sine pacto non autẽ sine tẽporali dono sacerdotia obtinuerunt, quod vltra dictã glo. multipliciter ostendo. Primo odia sunt restringenda & fauores ampliandi ex regula iuris: atqui actus symoniacus inter odia maxima computatur, vt qui excommunicationis late sententiæ canonẽ meruerit, ergo gratis, & cõtra gl. mẽtẽ male caput illud ĩterprçtãtur, secũdo nullus posterior papa rationabilia præcedẽtiũ decreta diuino iuri cõsona sine causa reuocasse intelligitur, sed neque potest, atqui tres supra dicti Martinus quintus, Eugenius quartus,

& Pius secundus, oppositum statuerunt. Igitur iuxta illorum & prædictę glo. mentem istud debes interpraetari. Tertio ĩ hoc cap. respõdet papa consultationi, nõ igitur nouũ ius inducit, sed tantum quid antiquo iure contineatur, explicat vt patet in glo. cap. cõsultationi. de temporibus ordinan, ad quam semper remittũt doctores, Quarto & vltimo, Cum aliud sit aliquid inique acquirere, & aliud iniuste: vt qui dominica die terram proscindens aratro pecuniam lucratur, inique quidem illam acquirit, quia cum peccato, non tamen iniuste, quia non contra commutatiuã iustitiam, vt eã restituere teneatur, at beneficium acquirens præcio, & inique & iniuste acquirit. Inique, quoniam contra Dei mandatum, vnde grauissime peccat, & etiam iniuste, quia contra distributiuam iustitiam, quæ solis dignis debita, nõ elargitur indignis, quales sunt omnes symoniaci ac quasi contra iustitiam cõmutatiuã respectu Christi veri domini vel eius Ecclesiæ, cuius vices gerit duntaxat, nec est dominus dispensator infidelis, qui gratis dare iussus, rem sui domini præcio male distrahit, cœlesti mercede cum Ecclesiæ redditu non contentus, pro labore, vnde Aug. super illud Luc. 3. estote contenti stipendiis vestris, de militibus loquens sic ait. quicunque stipendia publice decreta consequitur, si amplius quærit, tanquam concussor & calumniator Ioannis sententia condẽnatur. 23. q. 1. cap. militare. Itẽ sermone. 19. de verbis domini. Nam & catholicus clericus hac

Aliud quid inique acquirere, & aliud iniuste.

Symoniacꝰ beneficium inique & iniuste acquirit.

Aug. de cõcussionis crimine.

ſententia retinetur, ſi enim non contentus ſtipẽdiis fuerit, quæ de altario domino iubente conſequitur, ſed exercet mercimonia, intercesſiones vendit, viduarum munera libenter amplecti tur: hic negociator magis videri poteſt quã clericus. Nec intereſt apud Deum vtrum vi an circũuentione quis res alienas occupet: dũ modo quoquo pacto teneat alienum. Hæc ille. Et talis haud dubie tenetur ad reſtitutionem alieni. Sicut & is, qui pro reddendo quod à me depoſitũ habet, pecuniam accepit. ff. de conditionibus ob turpem cauſam. l. 2. vel ſi pecuniam cœpiſti ne mihi iniuriam faceres eo. ti. l. 4. Nam generalis naturę regula eſt. quodcunque munus à ſecũdum quid inuito accepi, propter id, quod aliàs ſine munere facere debeo, Reſtituere teneor. Cum autem ſymonia ſit iure diuino prohibita, & papa vel eo inferior ſit tantum diſpenſator bonorum Eccleſię nõ dominus: cõtra veri illorum domini & Eccleſiæ prohibitionem talia bona alienare per Actum Symoniæ non poterit: quod tamen ſi attentet: valere non debet per talem actum quamuis valeat per alium, non talem, Cum ad omnem bonorum alienationem expreſſa vera vel præſumpta veri domini voluntas aut ſuperioris requiratur, vt patet in omnibus humanis procurationibus & alienorũ diſtributionibus. Chriſti autem ac eius Eccleſiæ voluntas talis ſymoniaci actus de Eccleſiæ patrimonio eſt prohibitiua: non igitur valere debet talis alienatio ſicut nec bonorũ quæ per

Generalis regula reſtitutionis.

Ad bonorũ alienationẽ requiſita.

vſuram acquiruntur. Sicut enim vſurã ſoluẽtis volũtas quodãmodo eſt inuita propter quod dicũt dominium in vſurarium non transferri, ita certe veri domini bonorum Eccleſiæ prohibitiua eſt ſymoniæ, & nolẽs voluntas. Neq; enim talis ſymoniæ prohibitio tãtũ prohibẽs eſt, ſed & actum irritãs per 82. iuris regulam in 6. dicentem, qui contra iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere, vbi glo. Pone caſum in eo, qui emit ſpiritualia de ſymo. non ſatis & de pupillorum bona mẽte. Hoc & Eccleſia ſenſiſſe videtur: illi actui excommunicationem latæ ſententiæ adiungens, & ad reſignãdũ compellens, teſte etiam B. Grego. In regiſtro & dicente. Siquis neque ſanctis pollens moribus, vel neque à clero populoque vocatus, vel pulſatione coactus imprudenter Chriſti ſacerdotiũ iam quolibet facinore pollutus, iniuſto cordis amore, vel ſordidis præcibus oris, ſiue comitatu, ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulento munuſculo Epiſcopalem, ſiue ſacerdotalem non lucro animarum, ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatem acceperit & in vita ſua non ſponte reliquerit, eumque inſperata mors pœnitentem non inuenerit, procul dubio in æternum peribit 1. q. 1. cap. ſi quis. Quare contraria illius capitis mandato expoſitio & impia videtur & fauens ſymoniacis, nec eſt de mente cap. aut glo. O quot inuenias hodie in principum & prælatorum curiis & aliorum magnatum domibus qui ſolum illis ideo ſeruiant, quo ſibi vel ſuis talis

Non ſolum prohibetur ſed & irritatur cõtractus ſymoniacus.

Gregor. de ſymoniacis

Quã multi hodie ſymoniaci.

seruitii gratia de bonis Ecclesiæ tandem sit prouisum? Sunt qui in eo seruitio totum patrimonium, quod alias sibi suisque alendis erat satis, absumāt, vt de bonis Ecclesiæ, quorum iusta dispensatione præuia per bonos Ecclesiæ ministros salutem haurire debuerant, certā sibi suisque damnationem acquirant. dicente Augu. ad fratres in heremo sermone, 37. Non intrat per ostium ad Ecclesiam, qui per laicalem portam intrat. Nō enim laicis spiritualia dona tradita sunt, sed domini vicariis, qui apostolorum vices tenēt, castella autem & villas suas laici dispensent, bona autem Hyponensis Ecclesiæ vigilanter attendant, ne tangant. Hæc ille, Hoc ipsum prius instituerat & papa simplicius huius nominis primus. Ne videlicet cleric⁹ vllus possessionem beneficii à laico recognosceret. quod postea à Gregorio septimo ac aliis pontificibus confirmatum est, pœnis adiectis. autore Pla. de Ro. pontific. Quid de iis qui prælatis Ecclesiæ pecuniam mutuant, quo inde beneficia expiscenturi? Erunt ne tales ducendi symoniaci an vsurarii? cū Luc. 6. dictum sit mutuum date nihil inde sperātes? si enim mutuanti nihil temporale vi mutui expectare licet: cur spirituale beneficium quod à Christo gratis dari, non vi mutui iussum est, sperare licebit? Cū autē dicūt doctores nihil inde sperantes, nihil scilicet temporale vltra sortem vi mutui, temporale exponūt, ne spiritualem animi gratitudinem ac beneuolentiā excludant à mutuatario, non quo facer-

Non intrat per ostium qui per laicalem portam intrat.

Quid de pecuniam mutuātib⁹ quo inde beneficia cōsequātur?

tiũ, quod gratis dari iussum est, quamuis spi-
uale sit, includãt, illud enim mutuãti ab acci-
:nte mutuo semper iure naturæ debetur: hoc
tem velut quid impertinens nullo iuris vincu
afficitur mutuãti. Qui enim vi mutui aliquid
cipere vetuit, gratis datum, gratis dandum es
præcepit. De his autem loquimur, qui solum
:opter beneficiũ assequendum mutuant: quos
.xta Aristol. doctrinam à fine quem prætendũt
ymoniacos potius quã vsurarios recte appella
.eris. Nõ de illo, qui ex misericordia, amicitia,
'el ex tũc currente præcepto, mutuat, & postea
)eneficium à mutuatario simili amicitia mo-
lo dignus sit, acceptat, non vi mutui expe-
ctat. Hanc autẽ sententiam confirmat B. Tho.
2.2.q.100.artic.1. In respõ. ad 5. argum. dicẽs.

Quid emptionis & venditionis nomine, intelligitur secũdũ Tho.

Nomine emptionis & venditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus, ex quo infert, quòd nec beneficiorũ permutatio fieri potest, autoritate ꝓtiũ sine specie symoniæ, potest tamẽ, inquit, illud ipsum prælatus ex officio ꝑ re vtili vel necessaria. Et in responsione ad 7. arg. dicit, quòd papa incurrere potest symoniæ vitium, sicut & quilz alius homo quia res Ecclesiæ non sunt eius vt domini & possessoris, sed tãtum vt principalis dispensatoris. Hæc ille, De quibus habes in cap. non liceat papæ, & cap. prę dia, 12. q. 2.

Papã ĩ currere posse symoniã, q̃ bonorũ Ecclesiæ sit dispẽsator nõ dominus.

Resignantes beneficia cuius ꝑsonã gerãt.

Quid de his quoque dicẽdum, qui aliis prius à se possessa beneficia siue sani, siue in extremis agentes resignant, cuius gerunt illi personam? Scimus Petrum cum prædicaret, suæ peregrina

tionis comitem clementem virum per omnia religiosum & in fide instructissimũ sibi successorem delegisse, quod resignationi simile est, sed clemens Petro vita functo eam resignationem ne posteris fieret ambitionis exemplum, admittere noluit dicente platina de re pontific. Clementem certe constat, tantę modestiæ fuit, coegisse linum ac cletum munus pontificatus obire, ne posteris hic principatus ambitio perniciosi exempli haberetur. licet eidem, Petrus quasi ex testamento successionis locum tradiderit. Hæc ille, Hoc autem postea ita ab Ecclesia acceptum obseruatumque fuit, vt nullus vnquam papa alium dignum sibi successorem delegerit, Hylario papa eius nominis primo idẽ post instituente, hæc autem papam deligendi potestas radicaliter & primo in Ecclesia residet & ad omnes ecclesiasticos gradus ꝑtinet. de qua refert idem Pla. ꝙ Constantinus imperator benedicti iunioris papæ eius nomini secũdi sanctitate per motus, sanctionem misit, vt deinceps quem clerus, populus, exercitusque Romanus, in potificem delegisset, eũdem statim verum Christi vicarium esse omnes crederent. Nulla aut constantinopolitani principis, aut Italiæ exarchi, expectata autoritate, vt antea fieri cõsueuerat. At hodie ea potestas cardinalibus apostolorum imò & Ecclesiæ in ea re vices tenentibus ab eadem Ecclesia tradita fuisse creditur.

Dices cur non idem in cæteris quoque dignitatibus obseruatur, sicut ad nostra vsque tẽpora factum fuisse nouimus? Maximè cum olim

ãcorum reges vt refert Vincẽt.in ſpecu.mul m pro electionibus faciendis inſudarint. vbi lodoueus primus Frãcorum rex Chriſtianus nuocatis aurelias regni ſui prælatis ſtatuit e-ctiones & confirmationes faciendas eſſe ſecũ im antiquos canones. Idem ſanxit & Carolus agnus vt patet cap.ſacrorum 63.diſtin. idem ioque & Philippus Deo datus B. Ludoici a-is. Nec facile reperies quòd ab Eccleſiæ principio vſque ad B. Ludoici tempora Romani põfices aliquid de electionibus reſeruarint, aut iutarint, quia tamen tunc electiones impedi-: & pecuniaria beneficiis onera imponere cœerunt. Iterum decreuit. B. Ludoicus electiones i ſuo regno fieri debere & exactiones ceſſare.

Frãcorũ Reges multũ olim pro cõſeruandis electionib. deſudarũt.

Dicendum igitur quod potentium auaritia, iultos in eis abuſus interuenire conſpiciens, nſam tollendi electiones arripuerit, Eccleſia uæ longo iam tẽpore congregari non potuit, eclamare non valente, non tamen propterea ta electionum abolitioni conſenſit, quas vbi deo ante os ad loquendum nacta fuerit: ſuo iure v-endo ad illam forte primæ Eccleſiæ, aut ſimilẽ ormam reuocabit, quia duodecim apoſtolorum iſſu tota diſcipulorum multitudo ſeptem ſibi iaconos elegit inter quos erat B. Stephanus rotomartyr, vbi Chryſo. vide quod iudicium pſis permiſerũt, & præferunt eos qui omnibus lacent, & ab omnibus teſtimonium habent. Eligere autem viros illis permittunt, vt ne vi-leantur ipſi in gratiam quorundã agere. act. 6.

Cur ablatæ ſint electiones.

cap. Illud autem superius non erat abusus tollere, sed maiores potius ac frequentiores introducere, poterat enim aliter vel obtentorum beneficiorum priuatione, aut aliis censuris ecclesiasticis huic malo subueniri. Quis enim dubitet, quin maior sit multorum quã vnius tantum in eligendo prudentia, ac etiam certior Ecclesiarũ quibus à communitate de idoneo ministro prouisum sit, vtilitas? At hodie in patronatis etiam ecclesiis relicta multitudinis sententia, res ad singulos capituli sigillatim reducta est, vt vnus vice capituli in suo, quem statuerunt, turno quemcunque suorum aut pro se maluerit, ad vacans sacerdotium præsentet Episcopo, qua in re non parua totius cleri in ordinandis illis beneficiis apparet in curia, ne dicam auaritia. dum pro communi electione & præsentatione, vnius tantum qualiscunque de eligendo ad præsentandum ministro sententia seruatur. In quo iterum nec vacantis ecclesiæ aut eius si quem habet populi spectatur vtilitas, sed vnius dũtaxat è multis patronis qualis qualis voluntas. qui cum ea in re dispensatoris vices gerat, non eum potest ordinarius sibi præsentatũ quamuis forte indignum, quia sibi ignotum reiicere, fidelitatem illam quam & ecclesiæ seruare debuerat, sibi sæpe suisque carnaliter applicat. Vtrumque enim & patronum, & eum, qui resignat, dispensatoris munus officiumque subire nemo sane est, qui dubitet. id quod etiã patebit inferius. vnde diligẽter aduertant tales ne ita dispendando æquitati

Ad quid præsentantiũ turnus.

iustitiam & Deo mundum carnem væ præpo
ant, ac inde grauiter delinquant. Beatus enim
Grego. lib. 8. Epistolarum, in registro. scribens
ortunato Episcopo Neapolitano, de quodam
arbatiano quem satis leuiter in abbatem elege
at Episcopus cum suis: sic habet. Nunquid vo
is scripsimus, vt prius probaretis, & tunc si ap
us esset, abbatem facere deberetis? vel nunc er
o circa eum quem elegistis, estote solliciti. Nā
os illo delinquēte delinquitis: si ita cœperit se
xhibere, vt se ad fratrum regimen ostēdat indi
gnum. Hæc ille, Ita quoque de præsentato &
præsentante, déque resignāte & resignatario di
endum fuerit, quod videlicet præsentato indi-
gno, in eo ad quod præsentatus, ac forte ab alio
gnoranter admissus officio est, delinquente: de-
inquit & is qui talem præsentauit consimiliter
& de resignāte ac resignatario dicendum venit,
quāuis forte resignans indigno, præsentate gra
uius peccet, cum non ita facile contra resigna-
ariū de eius indignitate & insufficiētia atque
contra præsentatum ab ordinario excipi posit.
Sed hæc omnia aut non attenduntur hodie, aut
facile cōtēnuntur à multis: qui se etiam aliquid
esse putant. At dic mihi, quæso, si tu principis
cuiuspiā bonorum dispensationē obires, nōne, si
quæ aliis distribuenda succepisti tibi, tuísve ser
uares, nec ad domini votum illa traderes: meri-
to infidelitatis, arguerere vel furti, vel vtroque?
atqui superius ostensum fuit tū ex apostolo datā
nobis esse potestatem nō in destructionem, sed

Grege. ad fortunatū Episco. qui indignū elegerat in abbatem.

Peccāt præsentatos & resignātes indignus sicut & eligentes.

in edificationem, ac papam ipsum principalem quidem bonorum Ecclesiæ dispensatorem esse, non dominum, quanto minus quilibet alius inferior. Vnde merito Christus tuæ abs te villicationis o dispensator talis, ne dicam dissipator, rationem exiget, talentique huiusmodi tibi commissi vsuram requiret: quod cum in terram, id est terrenam tuam commoditatem infossum responderis, iuste illud Euangelii audies. Serue male & piger sciebas quod meto, vbi non semino. & congrego, vbi non sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis: vt veniens ego recepissem vtique quod meum est, cum vsura, tollite itaque ab eo talentum, id est dispensandi officium quo scilicet abusus est, & inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Illic erit fletus & stridor dentium Matt. 25. cap. Et quoniam refrigescit nũc multorum charitas, & antiquus ille disciplinæ Ecclesiasticę rigor paulatim euanescit. De professis quoque mendicãtibus quærere statuimus. Possint ne saluo paupertatis voto, Ecclesiastica beneficia indifferenter habere, fructusque illorum vt proprios more sacerdotum secularium percipere? Imprimis qui tales sunt, vel esse cupiũt: Episcopi ex mendicãte religioso facti ius, ad Episcopales redditus percipiendos, scio, statim proferent dicentes. Si Episcopo religioso id liceat: cur nõ & religioso non Episcopo saltem cum papæ dispensatione? At lata est inter hos differentia, quoniam religiosus Episcopus bonorũ Episco-

De professis mendicantibus an sint beneficiorũ capaces.

Quod religiosus fact⁹

patus administrationem habere potest & debet ratione Episcopalis officii: non tamen proprietatem omnem. quod ego sic probo, si enim talẽ habere posset, hoc certe esset, ratione Episcopalis dignitatis: cum ad oppositum teneatur ex voto: verum illud fieri non posse sic declaro.

Episcop. peculium habere nõ posse, ultra status decẽtiã.

Maius aliquod vinculum à minore nunquam absoluit: nisi minus in maiori contineatur secundum statum perfectionis & imperfectionis, & in eodem genere: quomodo eum, qui laxioris religionis vouit ingressum, ab eo voto liberum esse dicũt iura, per arctioris religionis ingressum. Atqui status religionis & status Episcopalis genere distingũtur, nec religionis status in Episcopali continetur, quomodo votum laxioris religionis & status in arctioris religionis voto ac statu includitur. Non igitur religiosus factus Episcopus, à paupertatis voto absoluetur. Adde quod religionis status, status sit propriè perfectionis acquirendæ: status autem Episcopalis, status est perfectionis ad alios formaliter exercendę. Et propter hanc causam in cap. per tuas, de voto. & vo. redemp. Is qui vouerat ingredi religionem, & deinde factus est Episcopus voto nondum completo, Episcopatui renunciare iubetur, vt votum impleat. Simplex vero religiosus nihil ꝓ se adducere valet vnde peculii colorẽ habere posit. Cũ in clem. cũ rationi. dicatur quod religiosus in prælatũ non Episcopalẽ alterius religionis vel habitus eligi non potest, & si contra fiat, irritum sit. & eo titu. cap. vlti-

Status Episcopalis & religionis differẽtia.

mo habetur. quod concesſio licentiæ generalis religioſo, de conſentiendo electioni de ſe factæ vel faciendæ, non valet. In cap. cum ex eodem de exceſſ. prela. in 6. In verbo mendicãtes. glo. ſic. Hi dicuntur mendicantes quibus victum tribuit incerta mendicitas, & qui redditus aut poſſeſsiones ex regula vel conſtitutionibus habere non poſſunt. Hæc ibi, Et ad papalem de illo diſpenſationem dicendum. Papam diſpenſare non poſſe vt religioſus profeſſus matrimonium contrahat: ergo nec quòd poſt ſolemne de vtroque votum, peculium habeat. conſequentia videtur nota cum votum in vtrũque feratur ex æquo. Et ſi dicas quamuis id non poſsit papa in caſtitate, cum non ſit continentis animæ digna ponderatio non tamẽ conſequens eſt, idẽ in paupertate papam non poſſe. Huic obiectioni Eccleſiaſtico innixæ non fauet Eccleſiaſticus 26. cap. dicens. Omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ exponente lyra ac dicente. Hoc dicitur ad reddendum rationem de hoc, quod dictum fuerat. vir eruditus nollet vxorem ſanctam cõmutare, quia non poſſet pro ea rem ęquiualentem habere, & accipitur hic anima pro toto cõpoſito, hæc ille iuxta ſenſum literalem. Prima ergo conſequẽtia illa erat bona maxime cum nec paupertas, nec caſtitas ſint formaliter virtutes, ſed duntaxat virtutum inſtrumenta, ac vtrumque ſit æqualiter de eſſentia religionis. At nunc probatur primum illud antecedens, quod videlicet papa facere non poſsit: vt

Qui dicantur religioſi mendicantes & quare.

Quòd religioſus ex diſpenſatione contrahere non poſsit.

religiosus professus contrahat matrimonium de iure, quicquid sit de facto. Solemne religionis votum contractum ante matrimonium ratum, non consummatum dirimit, extra de conuersio. coniugat. cap. verum, non iure humano vt statim patebit, ergo diuino, per illud quos Deus coniunxit: homo non separet. quod ne tã tum ad consummatum matrimonium referre velis: dictum est à Domino pro tempore quo primi parentes nondum facti fuerant vna caro & ante peccatum: quæ autoritas etiam citatur à papa. in cap. de infidelibus, extra de consang. & affi. de ipsis gentilibus, qui in tertio gradu cõ traxerant, qui post succeptam fidem in eodem coniugio permanere coguntur. Et si alter infidelium ad fidem conuertatur altero illi cohabitare nolente sine contumelia creatoris, soluitur motrimonium secũdum apostolum. 1. Corinth. 7. cap. & per cap. gaudemus. de diuor. in fine. quod sine dubio papa soluere non posset. Solẽne igitur votum matrimonium ratum non consummatum soluit iure diuino, & eodem personam reddit illegitimam ad postea contrahẽdũ: quod plenius ex scriptura probatur inferius ca. 32. de heræsibus. papa autẽ in personis iure diuino illegitimus dispensare non potest. Primũ igitur illud assumptum verum, quod papa cum religioso professo dispensare non possit vt matrimonium contrahat. Prima etiam consequentia probata est bona igitur cõclusio vera quod papa cum eodem religioso dispensare nõ possit

Quo iure solemne religionis votũ matrimonium dirimat non cõsummatũ.

vt peculium habeat. Nec ex consequenti quod religiosus mendicans omnes beneficiorum sibi traditorum redditus suos efficiat more secularium sacerdotum & modo inferius explicando.

Quod si inde colligas religiosos omnes etiã non mendicantes vt monachos beneficia possidentes damnari: cum suorum beneficiorum fructus contra emissum à se paupertatis votum percipiant, illisque vtantur vt propriis. Respondeo illos nihil habere posse nisi in communi, vt patet ex cap. abbates 18. quæst. 2. Et si fructus illos percipiant in particulari: hoc fuerit de abbatis consensu aut per modum administrationis, vt in cap. monachi lib. 3. decreta de sta. mona. 5. qui vero, aut perinde ac si particularem illorum fructuum, qui omnibus communes esse debẽt, portionem condiuideret. Nulli autem ex illis peculiũ habere licet, de statu monach. cap. Cum ad monasterium, in fine vbi talis ratio redditur à papa. Quia abdicatio proprietatis sicut & custodia castitatis à Deo est annexa regulæ monachali: vt contra eam, nec summus pontifex possit licentiam indulgere. Hæc ibi quæ nostra superiora confirmant. Minores autẽ mendicantes, nec in communi nec particulari bona in proprietatem habere possunt, ex clem. exiui. de verbo sign. in 6. & eodem lib. cap. vt professores de reg. transf. ad relig. in glos. not. 2. Hæc autem omnia confirmare videtur Augu. ad fratres in Hiere. sermone 21. de triplici monachorum genere dicẽs. Vnde agrorum præcia pone-

Quod religiosi nõ mẽdicantes nihil possidere possint priuatim sine abbatis consensu.

Fratres minores proprietatem habere non possunt nec in cõmuni, nec in particulari soli⁹ inter beneficia Episcopatus capaces.

bantur ante pedes apostolorum tanquam pedibus conculcanda: quia ipsi sancti & amici Dei indigna reputabant agrorum præcia manibus contrectari. Ex quo etiam in veteri lege Leuitis præcipiebatur nihil in terra eorum possidere. Non ergo habere debemus temporalia ad possidendũ, nec ego qui Episcopus sum, habere debeo, nisi tantum ad dispensandum, Quia bona Ecclesiarum, patrimonia pauperum sunt. vnde ego qui Episcopus sum summè cauere debeo: ne res pauperum, quas hyponensis Ecclesia conseruare videtur, diuitibus largiãtur: quod benefeci huc vsque. Nam consanguineos habeo, & nobiles se esse non erubescunt, & ad me Episcopum veniunt aliquando cum minis, aliquando cum blandimentis dicentes: da nobis aliquid pater, caro enim tua sumus. & tamẽ Dei gratia & vestris orationibus mediantibus consanguineum aliquem me ditasse non recolo. chariores enim mihi reputo pauperes quàm diuites quia habẽtes victum & vestitum fideles omnes contenti esse debent.

Bona Ecclesiæ sunt pauperũ patrimonia.

Augu. suos consanguineos licet nobiles de bonis Eccl. nõ ditauit.

Maxime nos clerici: in cuius rei signum capita tonsa & rasa habere debemus Ne diuitiarum capilli occupent mentem seruorum Dei. Idem paulo post, licet enim Episcopus essem, non tamen credebam paupertatem despicere, sed cum Abraham Isaac & Iacob inter diuitias viuere: & veram paupertatem seruare optabam vt de numero eorum essem, de quibus ait Apostolus, tanquam nihil habentes, & omnia possi

Cur clerici tonsa ac rasa capita habeant.

vt peculium habeat. Nec ex consequenti quod religiosus mendicans omnes beneficiorum sibi traditorum redditus suos efficiat more secularium sacerdotum & modo inferius explicando.

Quod si inde colligas religiosos omnes etiã non mendicantes vt monachos beneficia possidentes damnari: cum suorum beneficiorum fructus contra emissum à se paupertatis votum percipiant, illisque vtantur vt propriis. Respondeo illos nihil habere posse nisi in communi, vt patet ex cap. abbates 18. quæst. 2. Et si fructus illos percipiant in particulari: hoc fuerit de abbatis consensu aut per modum administrationis, vt in cap. monachi lib. 3. decreta de sta. mona. §. qui vero, aut perinde ac si particularem illorum fructuum, qui omnibus communes esse debẽt, portionem condiuideret. Nulli autem ex illis peculiũ habere licet, de statu monach. cap. Cum ad monasterium, in fine vbi talis ratio redditur à papa. Quia abdicatio proprietatis sicut & custodia castitatis à Deo est annexa regulæ monachali: vt contra eam, nec summus pontifex possit licentiam indulgere. Hæc ibi quæ nostra superiora confirmant. Minores autẽ mendicantes, nec in communi nec particulari bona in proprietatem habere possunt, ex clem. exiui. de verbo sign. in 6. & eodem lib. cap. vt professores de reg. transf. ad relig. in glos. not. 2. Hæc autem omnia confirmare videtur Augu. ad fratres in Hiere. sermone 21. de triplici monachorum genere dicẽs. Vnde agrorum præcia ponentes

Quod religiosi nõ mẽdicantes nihil possidere possint priuatim si ne abbatis consensu.

Fratres minores proprietatem habere non possunt nec in cõmuni, nec in particulari soli⁹ inter beneficia Episcopatus capaces.

bantur ante pedes apostolorum tanquam pedibus conculcanda: quia ipsi sancti & amici Dei indigna reputabant agrorum præcia manibus contrectari. Ex quo etiam in veteri lege Leuitis præcipiebatur nihil in terra eorum possidere. Non ergo habere debemus temporalia ad possidendũ, nec ego qui Episcopus sum, habere debeo, nisi tantum ad dispensandum, Quia bona Ecclesiarum, patrimonia pauperum sunt. vnde ego qui Episcopus sum summè cauere debeo: ne res pauperum, quas hyponensis Ecclesia conseruare videtur, diuitibus largiãtur: quod benefeci huc vsque. Nam consanguineos habeo, & nobiles se esse non erubescunt, & ad me Episcopum veniunt aliquando cum minis, aliquando cum blandimentis dicentes: da nobis aliquid pater, caro enim tua sumus. & tamẽ Dei gratia & vestris orationibus mediantibus consanguineum aliquem me ditasse non recolo. chariores enim mihi reputo pauperes quàm diuites quia habẽtes victum & vestitum fideles omnes contenti esse debent.

Bona Ecclesiæ sunt pauperũ patrimonia.

Augu. suos consanguineos licet nobiles de bonis Eccl. nõ ditauit.

Maxime nos clerici: in cuius rei signum capita tonsa & rasa habere debemus Ne diuitiarum capilli occupent mentem seruorum Dei. Idem paulo post, licet enim Episcopus essem, non tamen credebam paupertatem despicere, sed cum Abraham Isaac & Iacob inter diuitias viuere: & veram paupertatem seruare optabam vt de numero eorum essem, de quibus ait Apostolus, tanquam nihil habentes, & omnia possi

Cur clerici tonsa ac rasa capita habeant.

Greg. argu. à minori ad maius cõtra apostatam.

dentes hæc Augu. cui concordat Grego. venantio Italiæ cancellario ex monacho facto in hunc modum ſcribens. Ananias pecunias Deo vouerat, quas poſt diabolica victus perſuaſione, ſubſtraxit, ſed qua morte mulctatus ſit: ſcis, ſi ergo ille periculo mortis dign⁹ fuit: qui eos quos dederat nummos, Deo abſtulit: conſidera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris: qui nõ nũmos, ſed temetipſum Deo omnipotenti cum te ſub monachali habitu deuoueras, ſubſtraxiſti: cõſidera, quod iudiciũ Dei mereatur: qui ſemet ipſum Deo vouit, continuoq́ue mundi deſideriis irretitus, mentitus eſt quod vouit. Hæc ille, quibus addenda forent quæ inferius articulo 3 de hac materia habentur, ac illinc petenda.

Secũdus articulus de beneficiorũ pluralitate.

His autẽ de primo articulo expeditis, ad ſecũdum deueniamus: quo quam periculoſa ſit beneficiorum pluralitas, diſcutiendum ſuſcepimus. Inprimis notandum eſt triplicem eſſe humanarum actionum differentiã. Quædã enim ſtatim vt nominantur, inuolutã ſecũ habent maliciam iuxta Philoſophum 3 Ethic. & dicuntur tales, de ſe & per ſe male vt fornicatio, adulterium, mendacium, furtum & ſimiles in quibus nulla cadit diſpenſatio. Quædam ſunt indifferentes ad meritum, vt velle habere indumenta, velle in agro laborare, manducare velle & ſimiles: quæ ſecundum Aug. To. 7. lib. 3. hyponoſt. de bono naturæ oriuntur, neq; tales ex ſe Deũ vt obiectum hominis beatificum reſpiciunt. Quædã vero ſunt ita in ſe non tamen de ſe ma-

Triplex humanarũ operationum differentia.

le, quin superuenientibus quibusdã circũstãtiis bene fieri possint. Vt hominẽ percutere vel etiam occidere, quibus si addatur: hominem malefactorẽ occidere per iustitiam. Et delinquẽtẽ causa disciplinæ percutere, peccata non erũt. Huius generis est hominẽ plura sacerdotia possidere. Non autem primi generis, alioquin in eis dispensare non posset tota Ecclesia. Nec secundi generis vt patet intuenti quum quandam in se deformitatem inportet: vnum plura habere beneficia: ergo tertii generis, ob iã dictam causam vtque paulo pòst dicetur. Omne enim beneficium de iure communi postulat residentiam in cap. finali de rescript. lib. 6 vbi dicitur propter officium beneficium ecclesiasticum datur, vbi glo. vnde priuatus officio & beneficio, priuatus intelligitur, cum sit eius sequela distin. 81. cap. eos & cap. siquis sacerdotiũ. 32. distin. 2. Imo & apostolus ipse 1. Corinth. 9. Nescitis quoniã qui in sacrario operantur: quæ de sacrario sunt, ædunt & qui altario deseruiunt, cum altario participant. Ergo à contrario sensu qui altario non deseruiunt: cũ altario participare nõ debent. Propter quod in cap. quia non nulli de cle. non resid. dicitur. Cũ ecclesia vel ecclesiasticũ ministeriũ dari debuerit: talis ad hoc ꝑsona quæratur, quę residere in loco & ꝑ seipsã curam eius valeat exercere. vbi Panor. hanc elicit regulam, quodlibet beneficium quod datur propter officium requirit deseruientiam personalẽ. Rursus in cap. Super inordinata de præb.

Omne beneficium postulat residẽtiam.

ſic habetur. Pueri non ſunt Idonei ad beneficia obtinenda: cum illis deſeruire non poſsint. vnde infert idem panor. quod requirant perſonalem reſidentiam. Nam puer, inquit, per aliũ bene deſeruire poſſet. Ex quibus colligas nullũ de iure à perſonali reſidentia excuſatum iri: niſi quis forte alibi reſidendo ſua doctrina & induſtria toti Eccleſiæ plus afferret vtilitatis quã ſi ſup ſuo reſideret beneficio quo caſu de idoneo ſui vices gerente diligenter prouideat. ſibique interim caueat quia ſæpe mentitur iniquitas ſibi, & quamuis hic caſus in iure naturæ fundetur quo particulare corporis membrum totius corporis ſaluti magis proſpicere quàm partis tenetur: raro tamen id contingit. Sed quid de pueris dicendum, qui nulli officio vtiles eſſe poſſunt ſaltẽ curam animarum habenti? Si qua cum eis diſpenſandi ſit ratio: à futura Eccleſiæ vtilitate quę de illis ſperanda eſt, petenda venit. Cauſa ſcilicet ſtudii ob Idoneorum raritatem. Ita enim fiebat olim. At hodie ea cauſa ceſſante nempe Idoneorum raritate, non ceſſat inſatiabilis parentũ cupiditas, nec quorũdam collatorũ incuria qui huic rationi & aliis habent corã Deo reſpondere. Adde quod cũ omnes beneficiati non in ſacris conſtituti & qui fructus de ſuis beneficiis percipiunt, & item omnes in ſacris conſtituti ex iure canonico & ſacro Baſilienſi concilio ſeſsione 21. ad horas canonicas obligentur. Non tamẽ huiuſmodi collatores, aut parentes pueros ita beneficiatos ad horas adhorta

Qui excuſentur à reſidentia.

Quæ cauſa cum pueris diſpẽſnadi ut habeant beneficia.

Qui ad horas canonicas obligentur.

ri dignantur, tantum abest, vt cogant. Sunt & alii non pauci qui eo animo beneficia accipiant vt eorum fructus ad tempus duntaxat percipiāt non vt ad sacros ordines promoueantur: at tales omnes, nisi voluntatem mutarint: ad perceptorum fructuū restitutionē obligantur ex cap. commissa. de elect. lib. 6. & collatores illud sciētes ecclesiam illam indemnem reddere tenētur.

Qui beneficiati ad fructuum restitutionē obligentur. quibus adiungas officio ad tempus ex culpa priuatos.

Casus autem quibus iuxta sacros canones licita est beneficiorum pluralitas: sunt quinque, primus, quando illa tam parui sunt redditus, vt nullum eorum ad congruam personæ sustentationem sufficere possit, vt in cap. eā te. de æta. & quali ord. Secundus, si vnum ex alio pendeat vt ibidem. Tertius, propter clericorum raritatem. vt 21. quæst. 1. cap. clericus. Quartus, si ecclesia dignitati vel præbēdę sit annexa. de pręb. cap. Extirpandæ. Quintus, si vnum beneficium quis habet in commendam, & alterum in titulū 21. quæst. 1. cap. Qui plures, vnde versus, paupertas, pendens, defectus, gratia seruans, ecclesias retinere duas dat quodlibet horum. Hæc autem commendatio olim ideo fiebat quia nulla alia persona idonea inueniebatur. Nunc autē cessante causa, vt de pueris dictum est: non cessat effectus. vnde contingit hodie multo plures esse dissipatos quam dispensatos. Nec in papā omnis culpa reiicienda venit: quoties cum falsam dispensandi causam dolose supprimente, aut veram falso exprimente dispensat ignoranter. Nam dispensati anima in manibus eius, &

Casus in quibus licita est beneficiorum pluralitas.

õnis enĩ dispensatio tandiu valere intelligitur? quandiu præces ipse veritate nituntur. quamuis igitur valeant tales subreptitiæ dispensationes apud homines veritatis inscios, nõ tamen apud Deum qui solus est scrutator cordium.

Duo ex parte dispẽsantis requisita.

Ad iudicis autem dispensationem duo requiruntur, primo dispẽsantis autoritas, nam in quibusdam dispensat solus papa. Et in aliis Episcopus. Secundo, dispensationis causa, quæ biperti ta est: iusta necessitas & pia vtilitas. Iustam necessitatem facit idoneorum raritas: ne iacturam patiantur Ecclesiæ: & populus negligatur. Pia verò vtilitas, est cõmune bonum Ecclesiæ, vt si vnus propter suam industriam & bonam conscientiam plurium Ecclesiarum defensioni conseruationi aut commoditati in spiritualibus & temporalibus sit valde vtilis, & necessarius, eã ob causam papa Episcopo fundensi terracinensem Ecclesiam commendauit 21. quæst. 1. cap. relatio & sequen.

Priuatũ unius cõmodum nõ potest esse causa secum dispensandi ad plura.

Nõ est autem pia vtilitas priuatum cuiusquã commodum plura appetentis beneficia, vt lautius viuat, vt patrimonium vel redditus augeat, vt ad Episcopatum aut ad aliam dignitatem facilius ascendat, vt pompis tumeat, cum ne vnũ quidem beneficium tali intensione & spe, habere liceat secundũ S. Tho. Ex quo panor. in cap. dudum. de elect. fixum immotumque habet eũ minime tutum fore, quo ad Deum, qui ob priuatam duntaxat vtilitatem dispensatus fuerit à papa, quoniam, inquit, ea dispensatione nõ solum

alteratur iuris positiui dispositio: sed & Christi patrimonium dispergitur iniuste. Hæc ibi,

Vbi autem vnus multorum loca occupat sine causa, & alii esuriunt: nequaquam excusatur à mortali ob papæ dispensationem, quæ super ius duntaxat positiuum cadere intelligitur; non autem super ius morale seu naturale & diuinum quo communia Ecclesiæ bona iuste distribui debent partibus Ecclesiæ, contra quæ iura militat talis beneficiorum pluralitas sine causa, dicente Apost. 2. Corinth. 13. Data est nobis potestas in ædificationem & non in destructionem.

Quæ dispẽsatio ad plura non excuset à mortali. In solo iure humano ꝑpriæ dispensat papa.

Hæc autem vt clarius intelligas néve superiora ex sacris illis canonibꝰ sine ratiõe dicta fuisse putes: lubet paulo altius huiusce veritatis radicem & causam ex philosopho 5. Etho. cap. 3, perquirere: quo scilicet ius diuinum modo ex Apostolo citatum & 1. Corinth. 4. sic nos existimet homo: Iuri naturali per philosophum explicato ac eorum vtrique pontificium siue canonicum concordare monstretur. Ne videlicet vllam excusationis vmbram, vbi tria iura concordare nouerint, prætendere valeant oppositum facientes. Philosophus igitur loco iam adducto, de altero particularis iustitiæ mẽbro quod iustitiam distributiuam vocant, loquens sic ait.

Quod Eccl. beneficiorũ distributio triplici iuri innitatur.

Iustum enim quod in distributionibus est: omnes vno ore pro dignitate quadã oportere esse dicunt deinde subdit.

Ipsam dignitatem non eandẽ omnes, inquiũt esse, sed populares quidem libertatẽ, pauci ve-

Quadruplex de di-



gnitate in iuſtitia diſtributiua requiſita, opinio.

ro potētes opulentiā, nōnulli nobilitatem, optimates vero virtutem, ſtatimque infert. Iuſtum ergo rationum quādam comparationem ſubit. Hæc autem comparatio ſecundum eundem eſt duarum dignitatum ſiue bonorum ad duas perſonas, quibus habēt diſtribui, collatio ſeu cōparatio, vt ſicut ſe habēt res ipſæ in quibus conſiſtit iuſtitia diſtributiua, ita & perſonæ quibus diſtribuuntur. Oppoſito dato, ſi æqui non ſint quibus fit diſtributio, nō æqua accipient. Hinc enim pugnę, incuſationes, & quærelę inſurgūt: eo quòd non æqua æquis aut iniquis æqua diſtribuantur hæc Philoſophus de perſonarum dignitate.

Tres reip. ſpecies & totidē eis oppoſitæ labes.

Nam idem 10. cap. 8. Ethi. de diſtributionibus meminit ac triplici republica, cui tres ſpecies totidemque tranſgreſsiones quaſi treis illis oppoſitas labes aſsignat dicens. Sunt autem reſpublicæ, regia poteſtas, & ea quæ eſt in poteſtate optimorum, & tertia ea, quæ ex cenſu nominata eſt, quā apte cenſuum poteſtatē appellare licet. quam eandem plerique Rēp. ſolēt dicere.

Optima reipub. Species regia cui oppoſita tyrannis peſsima.

Harum autem omnium optima eſt regia, deterrima timocratia, defectio à regia tyrannis dicitur. Vtrique enim vnus præeſt: ſed tamē inter eas per multū intereſt. Tyrannus enim ſuis, rex eorum quibus præeſt, ſolet commodis vtilitatique ſeruire. Quo magis perſpicuum eſt tyrannidem eſſe deterrimam. quod enim rei optimæ contrarium eſt, idem & flagitioſiſsimū. Ex regali autem poteſtate Reſpublica in tyrannidē

delabitur. Hæc philosophus, quibus pro dicendorum basi positis, hãc ipsam iuris naturalis iustitiam distributiuam conferamus ad nostram Ecclesiasticam illam necessario includentem sicut actus meritorius vitæ æternæ actum moraliter bonũ cõplectitur & ambit. Et sicut diuinũ ius, naturale præsupponit, cõcordat vel ei saltẽ nõ repugnat. De hac autẽ distributiua eadẽque Ecclesiast. iustitia dicebat Apost. 1. Corint. 4. sic nos existimet homo: vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum eius. deinde subdit, iã quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Hæc autem fidelitas, quæ iuxta philosophum in medio iustitiæ distributiue consistit, Dum scilicet æqua æquis, id est æque dignis distribuuntur, ad domini vel Reip. Ecclesiasticæ nõ autem ad ministri vtilitatem debet referri.

Bonorũ Eccle. dispensatio naturalem distributiue iustitiæ æquitatem præsupponit.

Personæ vero dignitatem seu idoneitatem facit morum vitæque integritas iuxta prædictum philosophum dicentem Ipsam tamen dignitatẽ non eandem omnes inquiunt esse. deinde sic, optimates vero virtutem. Vbi reiectis variis de dignitate opinionibus tum popularium libertate, tum opulentia potentum, ac postremo quorundam nobilitate, solam, quæ optimatum est, virtutem cæteris anteponit, cui ex sacris canonibus imo ex 2. Malach. cap. comes esse debet doctrinę sufficiẽtia. Labia, inquit, sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirent. De huius dignitatis probato vsu & officio dicit Apostol. 1. ad Thim. 3. qui enim bene mi-

Quæ sint ad personæ dignitatem siue idoneitatẽ requisita

nistrauerint: gradum bonum sibi acquirent, id est iuxta Ambr. vt Episcopi fiāt. quod forte verum erat Ambrosii tempore: at in nostro secus fit, dehinc subiungit Apostolus, & fiduciam in fide, quę est in Christo Iesu, hoc vero posterius, nusquam à quoquā anteuerti aut eripi potuit. Item & 5. cap. qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. At hodie per multi Episcopi relicto religiosis mēdicantibus prę dicationis ac pasturæ officio, solo beneficio viuunt contenti cum honore.

Cui igitur trium illarum Reipu. specierum hanc nostram bonorum Ecclesiæ distributionē conferes, siue ea fiat à supremo hieracha, siue ab inferiorum quolibet?

Bonorū Ecclesiæ dispēsandorū regiam autoritatē Christus instituit in Petro ex qua inferiores depēdeant.

Non aliam certè assignare potes quam regiā cum talem Christus instituerit: quando soli Petro dixit. Pasce agnos meos, pasce oues meas. Sub Petro autē inferiorū iurisdictiones ad fori exterioris pasturā pertinentes, velut sub rege, balliuorum, consulum, iudicum, & aliorum secularium potestates collocatas esse, augeri, diminui, conseruari, aut omnino etiam ex causa quo ad personam tolli, non est qui dubitet, conformiter ad doctrinam S. Tho. in fine, vltimę. q. 2. senten. In 4. contra gentiles. cap. 76. In 4. etiā senten. distin. 24. quæst. vltima.

Qui mali sint dispēsatores colligitur.

Ex his omnibus consequens est dicere eos omnes qui Ecclesiastica beneficia conferre, præsentare, resignare, aut alio quouis modo dispen-

ſare habent: qualeſcunque ac quamtecunque dignitatis exſtiterint, ſi ſibi tantum aut ſuis de illis prouideant, nulla habita ſui officii ratione, vt ea dignis potius quã indignis conferant: & ita eueniat, tyrannorum locum tenere, veróſque tyrannos eſſe, teſte philoſopho ſuperius dicente tyrãnus enim ſuis, rex vero quib⁹ præeſt, ſolet commodis vtilitatique ſeruire. Neque ego hoc à quoquàm bonæ mentis negari poſſe putem. Cum illi omnes tantum miniſtri ſint bonorum Eccleſiæ: quorum diſtribuendorum gerunt officium, non autem domini, vt ſuperius probatum fuit.

Neque cuiquam id mirum eſſe debet de reſignantibus ſua: cũ in eo ipſo diſpenſatoris quodammodo perſonam gerant. quod vel ex eo apparere poteſt, quoniam abſque ſuperioris autoritate non fit beneficiorum reſignatio, quem niſi forte ſupremus ſit, & impedimento ceſſante, alteri à reſignatario beneficium ipſum conferre iura prohibent. Seruent ergo ſua ſibi, qui digni ſunt, vel ea indignis contra commune Eccleſiæ bonum non reſignent: nec velut hæreditatem protelent in poſteros Chriſti patrimonium. Quanto autem hæc tyrannis circa nobilius obiectum puta res diuinas exercetur: tãto layca regum tyrannidæ deterior eſt: magisque execranda venit.

Quòd reſignans gerat perſonã diſpenſatoris.

Tyrãnis Eccleſiaſtica eſt layca deterior.

Horum autem tyrannorum per magna eſt hodie turba quorum pœnæ, quæ perſeuerantibus erit grauiſsima, immunes eſſe non poterunt gra

duati: qui sua collatoribus nomina tradunt cõmodato: ad illorum consanguineos, seruos, aut alios indignos vel quia non graduatos, in Ecclesiam contra Dei & eius intensionẽ & in graue animarum, quibus præsunt indigni, periculũ intrudendos, magis quàm introducendos, dicẽte Apostol. Ro. 1. Non solum qui hæc faciunt, sed & qui consentiunt facientibus: digni sunt morte.

Graduati, quos uulgo rappe uocant.

Ab his non longe aberunt, generales talium dispensatorum vicarii, qui ad dominorum mãdatum & iussum indignis famulis & aliis etiam curata beneficia conferunt, quamuis quodammodo nolentes, & tamen conferunt, quod certè consentire & cooperari est, sicut Pylatus Iudæorũ, quã aliàs nolebat, petitioni de Christo, quia regem iuxta illos se faciebat, consensit. Ne scilicet eorum accusatione & calumnia apud Cæsarem de suo officio periclitaretur.

Infidelium dispensatorum uicarij an peccent.

An non prædictis æquales, si nõ forte deteriores tibi videantur graduati illi: qui nulla vnquã beneficiorum turba vi gradus obtentorum repleti, nullum cuiquam beneficium conferri sinunt sine continua litis interpellatione, donec beneficium ipsum aut meliorem reddituum partem assequantur. Tu autem huiusmodi graduatos Tãtalo illi semper inter aquas apud inferos sitienti merito compares.

Graduati qui nullis unquam beneficiis repleri uolũt quales.

Hæc autem omnia multo ante præuidens Apostolus, non ab re dicebat. Iam quæritur inter dispẽsatores, vt fidelis quis inueniatur. Quasi di-

tat, pauci ſunt tales, omnes enim quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Hinc quotidie pullulant hæreſes in dei populo bonorum Eccleſiæ Heluonem, ac ſæpe furem, inſtar lupi omnia rapientis, vice paſtoris habente. Et ita grex dominicus ſui paſtoris exemplo, ignauia quandoque & malicia, in omnia vitiorum monſtra fertur in præceps, velut nauis in mediis fluctib᷒ abſque gubernaculo.

Contra malos diſpenſatores propter quos ſubditi affliguntur aliquando tēporaliter.

Contra tales diſpenſatores ac paſtores dicit dominus Ezech. 13. Nō aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murū ꝓ domo Iſrael, vt ſtaretis in prẹlio ī die domini. Vbi B. Greg. ex aduerſo quippe aſcendere eſt pro defenſione gregis voce libera huius mundi poteſtatibus contraire. Paſtori etenim recte timuiſſe dicere quid eſt aliud quam terga tacendo prẹbuiſſe? Et Eſaiæ 1. Principes tui ſocii furum, omnes diligunt munera, denique Ezech. 34. væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebāt ſemetipſos. Propter huiuſmodi paſtores ſubditi quandoque temporaliter affligun tur. vt patet de Achab. 1. Reg. 18. propter quē tres annos & ſemis non pluerat ſuper terram dicente ad eum Helia, tu conturbas Iſrael & domus patris tui: qui dereliquiſtis mandata domini & ſecuti eſtis Baalim. Quòd ſi quando huiuſmodi homines ab illa diſtributionis iniuſtitia reſipiſcerent: ac cum Iona dicerent Ionæ. 1. propter me orta eſt hæc tempeſtas, mitte me in mare, & ceſſabit tempeſtas, à vobis. Hoc eſt ſi inique diſtributorū, Eccleſię, vel eis ad quos

pertinẽt, restitutionẽ facerẽt, ac deinde suis cõfessariis dicerẽt, mittite nos in mare, id est debitam & sensu amaram nobis pœnitentiam iniũgite, nequaquam æterno supplicio reseruarentur. Sed hæc sua mala illicita esse non credunt: nec à Deo tandem requisitum iri putãt. An nõ requirentur propterea: cum dicat Apostolus, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum? De talibus dicit dominus Psalomo 49. hæc fecisti, & tacui, existimasti inique, ꝙ ero tui similis, quem locum exponẽs Augu. 50. Homil. lib. Hom. 2. Quid est tacui nisi non vindicaui, seueritatem meam distuli, patientiam tibi prolongaui, pœnitentiam tandiu expectaui? tu autem me contempsisti. Et Apostolum audire noluisti dicentem, secundũ duriciã cordis tui thesaurisas tibi iram in die irę iusti iudicii Dei. Existimasti inique, quòd ero tui similis, parum est, ait Augu. quia mala facta tua placent tibi, placere putas & mihi: Deũ quia non statim pateris vltorem, vis tenere participem, & tanquã corruptum iudicem, prædę socium vis habere. Arguam te, quando? veniet dominus noster, & non silebit, constituam te ante faciem tuã. quod enim vis latere teipsum, in dorso tuo tibi est, nõ te vides. faciam, vt videas te, quia si videres te: displiceres tibi, & placeres mihi. videbis fœditatem tuam, non vt corrigas, sed vt erubescas, & sine vllo termino substinebis supplicium: qui tibi dum viueres, noluisti prouidere remediũ. Hæc Augustin. de incorrecto peccatore de quo

Psal. 9. dicitur laudatur peccator in desideriis animę suæ, deinde. dixit enī in corde suo, oblitus est Deus, auertit faciem suam, ne videat in finem. propter quod irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo, nō requiret, sequitur, pœna, vides quoniam tu laborem & dolorem consyderas, vt tradas eos in manus tuas.

Cæterum ne hæc à nobis satyricæ dicta putes magis quàm ex iudicio. Audi quot & quantas secum deformitates apportet hæc iniqua beneficiorum pluralitas. vel ex illa extrauag.

Execrabilis ex qua decem enumerantur. Prima est implendi officii insufficientia eius, qui plures habens præbendas vix vni tantum deseruire potest. Secunda iniqua bonorum Ecclesię distributio, dum vnus solus occupat, quæ multis melioribus literatis & Ecclesiæ vtilioribus sufficere possent, quibus omnibus iniquus distributor iniuriam facit. Dum commune Ecclesiæ bonum quod suæ commissum fidei pluribus idoneis impartiri debet, tantum vni proprium facit. qua in re maximè apparet dispensatoris infidelitas, erga verum bonorum Ecclesiæ dominū. de cuius pœna superius dictum est artic. 1. ex Matth. 25. cap. Tertia, plura habenti beneficia exhibetur vagandi materia. Quarta, quæ maximè pensenda venit, diuinus cultus diminuitur, dum vnus loco plurium instituitur. Quinta, hospitalitas, quā in Episcopo reqrit Apostolus, minoratur. quæ ita seruari nō potest ab vno: sicut à pluribus in diuersis bene-

Duodecim deformates ex pluralitate beneficiorum.

ficiis constitutis. Sexta, honoris commodi & auxiliorum Ecclesiæ fit substractio, nonnunquã & regionum, in quibus sunt beneficia; & eleemosynarum in earum pauperes defraudatio. Septima, libertatum ac iurium Ecclesię deperditio. Octaua, notabilium ædificiorum, quæ maiorum pia diligentia exstruxerat, ruina: cum censuum ac reddituum amissione. Nona, quæ cæteris periculosior est, curæ animarum negligentia. Si enim oues diuersis Ecclesiis subiectę vix sufficienter, à pluribus pascũtur: ab vno qui poterunt? quòd si non pastor, sed mercenarius est qui Ioannis 10 lupo veniente fugit: qua ratione pastor dicendus fuerit, qui non solum oues non pascit: sed nec ad pascendas quandóque inuisit? quales multi sunt hodie. Decima est, qua periculosus vitiorum fomes præstatur pluribus beneficiis cumulato. Addit vndecimã S. Thomas vltimarum voluntatum eorum qui dotarunt & fundarũt Ecclesias defraudationẽ. Duodecimã super addit dominus Ioãnes Gerson dicens, quo quis pluribus sacerdotiis oneratur, eo pluribus obligationibus ad satisfaciendum astringitur, pro illorum peccatis, à quibus accipit redditus: vt pro propriis nihil quandóque satisfaciat, vnde necesse sit, eum totam illã pœnam eius peccatis quamuis pro culpa remissis debitam, luere in purgatorio.

Horum autem malorum sunt in causa iniqui sacerdotiorum dispensatores, de quibus Deo in die sui exitus habent rationem reddere.

Ex his sequitur eum qui ad plura maximè curata beneficia extra casus à iure superius exceptos & absque rationabili causa dispensatus est: in magno æternæ damnationis periculo versari, vel ex illo Ecclesiastici 3. Cor durũ male habebit in nouissimo, & qui amat periculum, peribit in illo.

Cui se habẽtem periçulo exponat beneficiorũ pluralitas.

Quódne tibi durum esse videatur ac male cõclusum: hac sic ratione collige.

Quisquis contra charitatem ad Deũ, ad se & ad proximũ, facit, mortaliter peccat. At qui plura tenens beneficia curam animarum habentia vltra casus prædictos, contra charitatem agit ad Deum, eius honorem & cultum diminuẽdo ad se, peccandi occasionem accumulando, & se periculo absq; causa obiiciẽdo rursus & ad proximum, quod ei ex iustitia distributiua debebatur, sibi indebite & indigne vendicando ac denique commissarum sibi animarũ pasturam sine causa & contra iura omnia omittendo per sui in altero beneficiorum absentiam: ergo talis mortaliter peccat, consequentia est nota cum maiore, cum solum mortale repugnet charitati. Minor aũt sufficienter probata relinquitur ex illis duodecim deformitatibus superius adductis. Et hæc ratio cõcludit etiam de pluribus præbendis & aliis incompatibilibus extra casus à iure concessos. Quod si quam in his exceptionem inueniri desideras, ex argumenti minore eam solum desume: quia maior illam tibi dare non potest, hoc est fac, vt nulla præcipua

Ratio id cõcludens.

ex illis 12 deformitatibus à tua pluralitate pro cedat:quod quia non tam difficile, quàm pene impoſsibile eſſe videtur,maximè de quinq; pri mis & nona quæ eſt de curæ animarum negligē tia, icc irco ſanior doctorum pars rectè concluſiſſe videtur,nullū talem abſque probabili peccati mortalis periculo plura talia beneficia extra ſæpe dictos caſus & iuxta dictam autoritatē qui amat periculum, peribit in illo,poſsidere poſſe.

Qui amat periculum peribit in illo exponitur à Gerſono.

Si inquit dominus Gerſon, tale periculū ſit mortale incertum, non ſolum per leues coniecturas, aut ex ſuſpitione,præ nimio timore cadēdi,invia Dei proueniēs:ſed ſi ſit æq; probabiliter īcertū,ſicut oppoſitū, vel magis quā oppoſitū. Hæc Gerſon. Tale haud dubie eſt illud,de quo præſens ſit ſermo,cōformiter ad ſacrā ſcripturam,ſanctos canones, & doctores,ac naturæ legē,propter quod panor. In repitione cap. extirpandæ,de præben. dicit.Præ ſuppoſita beneficiorum ſufficientia, conſuetudo minime valet,vt quis in eis poſsit eſſe pluralis,quia illa cōſuetudo eſt inimica canonum,& irrationabilis, quia & animabus periculoſa,ac multa mala inducens.Ideo non conſuetudo, ſed corruptela dicenda eſt, vt in cap. de conſuetudine. Hæc ille.Vt autem ſciatur qualiter diſtribuenda ſint Eccleſiæ bona,Vrbani papæ decretum de illorū origine progreſſu & natura audiamus: ex prima parte magnorum conciliorū, fuit autē Vrbanus huius nominis primus anno Chriſti du-

centesimo guadragesimo quinto.

Vrbanus Episcopus omnibus christianis in sanctificationem spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi, Salutem.

Vrbani papæ de possessionibus Ecclesiæ nõ uẽdendis, nec alienandis decretum.

Scimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter bonos christianos viguit, & adhuc gratia dei viget, & maximè inter eos qui sorte domini sunt electi, id est clericos, sicut in actibus legitur apostolorum, multitudinis autẽ credentium erat cor vnũ & anima vna, nec quisquam eorum quæ posside bat aliquid dicebat esse suum: sed erant illis omnia communia.

Vidẽtes ergo sacerdotes summi & alii atq; leuitæ & reliqui fideles plus vtilitatis posse afferri, si heręditates & agros, quos ante vendebant, Ecclesiis quibus, præsident Episcopi, traderẽt eo quòd sumptibus eorum tam præsentibus q̃ futuris temporibus plurima & elegantiora possent ministrare fidelibus communem vitam ducentibus, quã ex præcio eorum, cœperunt prædia & agros quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere, & ex sumptibus corũ viuere.

Quia autem res Ecclesiæ non quasi propriæ, sed vt communes & domino oblatæ, cum summo timore non in alios quã præfatos vsus sunt fideliter dispẽsandę, ne sacrilegii reatũ incurrãt, qui eas inde abstrahũt, vbi traditæ sunt. Ne pœnã & mortem Ananiæ & saphirę incurrant: & quod peius est, Anathema maranatha fiant. Memoratis ergo augmẽtationibus ac cultibus in tantum Ecclesiæ, quibus Episcopi præsidẽt,

Res Eccles. non ut propriæ, sed ut communes, cum timore sunt dispensandæ.

domino adminiculante creuerũt, & tãtis maxima pars eorũ abundat rebus, vt nullus sit in eis cõmunẽ eligens vitã indigẽs: sed omnia necessaria ab Episcopo suisq; ministras percipit. Ideo siquis exstiterit modernis aut futuris temporibus, qui hoc auellere nitatur, iam dicta damnatiõe feriatur, & canonisatur 12.q.ca.1. vidẽtes.

Attende diligenter o lector huius sanctissimi papæ decretum: quod vbi sola hystoria foret, vltra quam vim habet obligandi non modicam, nunquam tamen cuiquam sibi suisve sacerdotia indigne dispensare liceret.

Quare factus est titulus in iure, ut beneficia sine diminutione conferantur.

Propter quod in corpore iuris canonici insertus est titulus ille, vt beneficia sine diminutione conferantur, quo videlicet palã fieret, nulli collatori sibi vel suis contra iustitiæ distributiuæ stateram eorum aliquid dispensare licere. Qui autem contrarium fecerint, & Ecclesiæ bona in alios vsus transtulerint eosdem sacrilegii iuxta vrbani decretum, crimen incurrere, Ananiæ ac saphirę mortis pœna teneri, ac denique Anathemate percuti dignos esse nõ est dubium. Quod si hoc decretum contra eos tantum factum fuisse dicas, qui temporalia Ecclesiæ bona in prophanos, id est non Ecclesiasticos vsus transferunt, & alienant, ita enim sonat decretum, pro quibus factus est, & ille alius iuris titulus, de bonis Ecclesiæ non alienandis, quid igitur dicendum putes de illis, qui non temporalia solum, id est beneficia ipsa, sed & officia simulque spiritualia omnia, propter quæ data sunt illa tempo

ralia in homines corruptissimos,qui tota eis vita abutantur,transfundunt? videntur ne hi tibi melioris esse conditionis reliquis?

In horum albo videant ne forte reperiantur, qui nescio quas ob causas cõtra vniuersalis morẽ Ecclesiæ, contra concordatorum contractũ, viris vxoratis sub alienis nescio quibus nominibus,nominationibus vti concedũt, ad illorum sumptuosam familiam de beneficiorum redditibus alendam: quicquid de eorũ agatur officio: paupibus graduatis suo iure fraudatis & vbiq; esurientibus ac lupis interea Christi oues passim arripientibus,& deuorantibus,hoc est in sectam suam traiicientibus. Sed quia non statim post peccatum vt in primitiua illa Ecclesia tanta sua benignitate iram Deus inferre solet, eos ad pœnitentiam expectans,obsurdescunt hodie per multi, intantumque damnata quorundam excreuit auaritia,vt duabus beneficiorum partibus ab vniuersalibus Basiliẽsi & Lateranensi cõciliis ipsorum dispositioni relictis,non contenti,tertiam quoque partem,quam dicta concilia viris rite graduatis pro animarum,quibus præessent pastura,tradiderant, suppositititiis quorũdam graduatorum quales in omni professione reperiuntur,nominibus, inuaserint. Cũque duabus sibi relictis partibus abuterentur, de malis tantum dispensatoribus loquor, quo cæleriorẽ sibi damnationem conficerent,tertiam etiam illam partem vsurparũt,à Deo, vt nullus fere hodie reperiatur quouis gradu, virtutibus, ac lite

Quod sub alieno nomĩe uiris uxoratis concedi non debeãt nominationes.

De tertiam beneficiorũ partem inuadentibus quæ ad graduatos pertinebat.

ris insignitus, qui iuxta Ecclesiæ de graduatis ordinationem, ab illorũ manibus vel minimũ, quod eorum seruis congruat, beneficium extorquere valeat. Nam illi statim ex suis plenis, vt aiunt, manicis vnum aut alterum antiquiorẽ graduatum etiamsi opus sit è mortuis rediuiuum, contra requirentem proferent, vt illi longe sit melius omnibus renunciare, quã totam illã quãtulacunque nutritur, pecuniolam breui tempore litigando absumere.

In malos dispensatores exclamatio

O ferales hominum mores? O curuæ in terris animæ & cœlestium inanes? filii hominum vsquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Scitote quoniam dominus mirificauit sanctum suum. Illum nunc non attenditis, nunc nunc illum ex cuius Ecclesiæ patrimonio vobis impie, iniustè, & ad luxum thesaurisatis, contemnitis, illius nũc oues pro quibus suum ille sanguinem fudit præciosissimum, pedibus conculcatis, vẽtilatis, cornibus, sunt & quibus merito dicas, occiditis. nunquid vobis solis suas istas opes cõgregauit Christus? cur non & æternas vobis solis comparauit. At hæ tantum filiorũ sunt, illæ & seruorũ; qui non vt filii, in paterna domo manẽt in æternum. vos interim pecunias eleemosinis & sanguine martyrum comparatas in aurea & argentea vasa eaque pergrandia fundite. parum de futuro solliciti, Dei quem tantum vtilitatis causa colitis, & hominum contemptores. O Ecclesiæ monstra in extremas terræ partes deportanda?

quibus sua hic desyderia complentibus, & eorum singulis clamat Apostolus, an ignoras quoniã benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit, propter autẽ duritiã tuam & impœnitens cor thesaurisas tibi iram in die iræ iusti iudicii Dei, qui reddet vnicuique iuxta opera sua. Ro. 1. ca.

Huius tanti abusus causa in secunda maiorũ conciliorum parte habetur, ex concilio Toletano 4. dicente. Nulla pœnæ res disciplinæ mores ab Ecclesia Christi magis depulit, quàm sacerdotum negligentia, qui contemptis canonibus, ad corrigendos Ecclesiasticos mores synodum facere negligunt. *Quæ malæ huius dispẽsationis causa.*

Cæterum vt ad tertiam nostri instituti partem, quatenus plura tenentem beneficia papæ dispensatio securum reddat, descendamus: notabimus hæc inuicem differre. *Tertius articulus, de pluralitatis beneficiorũ dispẽsatiõe.*

Legis reuocationem, abrogationem, derogationem, epikeiam & dispensationẽ. Reuocatio est legis, ne amplius obliget, à legislatore vel superiore ablatio. Abrogatio fit à cõsuetudine circa particularem personam, sicut dispensatio à superiore. Et interprteatio à legislatore, maximè vbi duos habet sensus. Epikeia autẽ quando casus particularis occurrit, in quo legẽ obseruare cõtra legis rationem militat, de quo iudicare est Epikeia vti. *Legis reuocatio, derogatio, Epikeia, & dispensatio.*

Et quia dispensatio quandoque pro interpretione sumitur: papa in his quæ sunt iuris naturalis aut diuini dispensare, id est interpretari potest. Exẽplum habes de Iosue, qui in Gabao- *Dispensatio pro interpretatione.*

nitis iussu Dei occidendis, & eiusdem iuramento per ignorantiam facto de opposito, dispensauit, id est interpretatus est dicente B. Ambr. Iesus pacem quam dederat: reuocãdam non cẽsuit, quia firmata erat sacramenti religione, ne dum alienam perfidiam redargueret, suam fidẽ solueret. Ideo mulctauit eos Iosue meliore morte, vt esset clementior sententia, sed diuturna.

Dispensatio pro iuris relaxatione.

Dispensatio autem pro iuris relaxatione accepta in naturali aut diuino iure ab homine facienda locum non habet. Et ita papa in talibus dispensare non potest dicentibus Ioanne & Petro, Iudæis Christi prædicationem sibi prohibẽtibus Acto. 4. cap. Si iustũ est, in conspectu Dei vos potius audire, quàm Deum iudicate, & Apocal. vlti. Si quis apposuerit, ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. atqui iam ostensum est, superius beneficiorum pluralitatem sine rationabili causa esse contra ius morale seu naturale ex philosopho ob iniustã illorũ distributionem, cõtra ius diuinum cõsonanter ad scripturam dicentem nobis potestatem datam non esse in destructionem, sed in ædificationem, 2. Corinth. 13. Et contra ius canonicum per duodecim rationes ex eo maiori ex parte deductas. Ex quibus necessario sequitur papæ super huiusmodi dispensationem extra casus exceptos hominem in conscientia quoad Deum securum reddere nõ posse quamtũuis quietus maneat quo ad exterius hominum forum. Quare in huiusmodi dispensationibus ma

ximè cum non indoneis, videant tam dispensans quã dispensatus, ne contra naturalem æquitatem, quæ lex scripta est in cordibus hominum & Ecclesiæ determinationem securitatem sibi promittant, dicente scriptura. Beatus homo qui semper est pauidus. pro. 28. Ne scilicet in aliquo Deum offendat. qui vero mentis est duræ: corruet, in malum scilicet culpæ & pœnæ. Neq; de sua ipsius potestate glorietur dispẽsator, quæ sibi ad solam Ecclesiæ vtilitatem data est dicente August. sermone 36. ad fratres in heræ.

Domini & dispensatoris differantia ex Aug.

Aliud enim est, dispensator & aliud dominus, dispensator enim seruus est, nõ dominus. Et sermone 42. Cauete ergo ne vobis hodie dominus dicat, dispensatorem te posui super familiã meam: & tu panem eis nõ fregisti. Non ergo dispensator, sed dissipator, non speculator, sed spitulator. O serue nequam mittam te in tenebras exteriores, quoniam pueri tui petierunt abs te panem: nec fuit qui frangeret eis, & paulo post.

Quæ mala pullulent ex mala dispensatione

Nam sicut impossibile est dæmonem in malo obstinatum paradisum intrare, sic impossibile est luxuriosis pastoribus auaris & superbis subditos castos & humiles & bonos facere, quia necesse est vt talis sit grex, qualis sit & rex. Et Chrysost. super illud 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum eius. Quo pacto, inquit, in nullam vtilitatem quæ tua non sunt, consumis? Nescis quæ nos accusatio maneat, quod his malè vsi sumus? cum vero non sint nostra, sed domi-

ni: in conseruos ea te erogare oportebat. Hoc & diuiti illi & his qui domino cibũ nõ dederũt, datum est crimini. Verũ hæc tam ex præcedẽti quàm ex hoc articulo notiora sunt, quàm quæ maiorem sermonem requirant.

Cum autem superius ostensum fuerit. Solemne religionis votum iure diuino matrimonium ratum non consummatum dirimere, & eodem iure contrahendum impedire, necnõ & papam facere non posse, vt religiosus professus peculiũ habeat, etiã si in Episcopum eligatur modo statim declarando. prius de hoc differendum fuerit: quàm ad ea iuris naturalis aut diuini præcepta descendamus: in quibus dispensare non potest homo. Si igitur dixeris, iure diuino dignũ esse mercenarium cibo suo, neminem vnquam suis stipendiis militare, & ex consequenti Episcopum è religioso factum de illis fructibus peculiũ ac sibi ꝓpriũ facere posse: & ita quo iure religioso professo, de illo enim nobis est sermo, ex voto dicis illicitum esse peculium: eodem omnino iure idem licitum esse comprobo. Cum iura omnia clament propter officiũ dari beneficium: tanquam eius sequelam, vnde priuatus officio & beneficio priuatus esse intelligitur.

Obiectionis de religioso in Episcopũ electo quo ad peculiũ solutio.

Hæc obiectio rectè de decenti victus ac vestitus statu in quo & necessarium famulorum seruitium includitur, eius religiosi, qui Episcopatus officium exercet, intelligitur. Neque id eius de paupertate voto quo proprietatem abiecit, contrauenit, cum ei Episcopatus non aduerse-

tur iuxta S. Thom. vt etiam superius patuit de B. Augustino. Neque suo ille voto quantumuis solemni necessaria priuatæ aut etiam in casu publicę vitæ abiecit. Vltra tamen prædicta, de residuo beneficii peculium non facit voto impediente paupertatis ob rationes superius de illo & statuũ diuersitate adductas. Inferas si illos fruct⁹ sic limitatos tantum propter officium recipit, ergo vbi sine causa ab illo cessaret officio, fructus non faceret suos. Et hoc fateri necessum est ratione Episcopatus, cum tantum propter officium tale beneficium recipiat. Nam si etiam vi tituli tãtum, more quorundam seculariũ qui tãtum per alios deseruiunt non solius officii, causa fructus illos tanquam annuos ac proprios redditus colligeret: paupertatis voto à se prius emisso haud dubiæ cõtrairet. Neq; eũ talis dignitas à præcedente iuris diuini vinculo de tali paupertate, absoluit, dicente B. Gregor. prima parte curę pasto. cap. 8. contra auaros & mercenarios magis quam pastores Episcopos. Mundi ergo lucrũ quæritur sub eius honoris specie, quo mũdi destrui lucra debuerant. Posset tamen fructus illos in prædicto casu vt fidelis dispensator recipere, & ex illis suam priuatam pro tempore, sicut & aliorum pauperũ indigentiam subleuare.

Inferas iterum, cuilibet religioso mendicãti quodcunque aliud beneficium etiã parochialem Ecclesiàm acceptanti, licere de eius fructibus prædicto modo viuere. Hoc illatum vnum præsupponit, & aliud concludit. Præsupponit

enim religiosum mendicantem beneficium curam habẽs animarum acceptare posse, si sibi cõferatur, quod tamẽ prohibitum esse videtur per clem. vt professores. de Reg. & trans. ad relig. in sexto, cuius verba sunt hæc.

Religiosi mendicantes ad laxiores religiones etiam dispensati transeuntes in eisdẽ beneficia obtinere non possunt.

Sacro approbante concilio statuimus mendicantes quoslibet qui ad non mendicantium ordines etiam autoritate apostolica transibunt. In posterum, vocem aut locum in capitulo non habere. Et paulo pòst. Et ad prioratus quoque administrationes aut quæcunque in antea non assumi officia etiam tanquam vicarios, seu ministros, vel locum aliorum tenẽtes, quodq́ue animarum curam & regimen nec pro se possint, nec pro aliis exercere. Quicquid in contrarium attentatum fuerit, sit irritum ipso iure, quocunque priuilegio non obstãte. Hæc ex illo canone qui licet solos mendicantes qui ad laxiorem religionem etiam cum dispensatione transmigrãt compræhẽdere videatur, illos etiam complecti intelligitur: qui in suis religionibus permanentes idem attentarint. Idq́ue duplici ratione, aut quia illud ipsum à canone præsupponitur, aut quia ex illo statim sequi videtur per locum à maiori ad minus negatiue. si enim in laxiori religione talia beneficia habere prohibentur, quæ illi regulæ non repugnant, quanto magis in arctiori religione illud ipsum ex antiqua iam consuetudine non concedente, prohibitum esse intelligitur, maximè cum dictus canon ideo sit factus, vt ex illius principio patet, quo religiosi

mendicantes ea qua vocati ſunt vocatione, maneant contenti, niſi forte tranſire velint ad frugem melioris vitæ vtpote Carthuſiẽtium cap. licet eod. titu. In ant. vt habet glo. ibidem, quod ſi negata illa conſequentia, cum pœnæ ſeu odia ſint reſtringenda in iure, dicas canonis mentem eſſe tantum de tranſeuntibus ad laxiores religiones, quo diſcurſus & vagatio in eis vitetur, fateor hanc quoque cum prędicta cauſam autoris canonem ad ſe condendum mouiſſe, vt ex eo patet, tamen antiquę conſuetudini de oppoſito in permanentibus minimè ſatisfacis, nec cauſarũ alteri, qua illos ſua ſorte & vocatione vult papa eſſe cõtentos. Potes etiam dicere, ex eorum voto, regula, vel ſtatuto, ſibi ipſis non licere, quod melius norunt, qui vouent, idcirco ipſi ſui ſint Iudices.

Et ad ſecundum quod ſuperius colligebatur tali mendicanti licere de ſui beneficii fructibus eo modo, quo de ipſo religioſo dictum eſt, viuere. Reſpondetur præſuppoſita diſpenſandi cauſa, quæ raro contingit, factóque per eum beneficii ſeruitio quocunque à moto ſcandalo, victui neceſſarios fructus per eum accipi poſſe, ſecluſo de reliquiis beneficii peculio. Attendat interim ille diligenter, ne ſine iuſta neceſsitate, ac pia vtilitate ſecum ita diſpenſetur, alioqui manũ miſerit ad aratrum, ad retro ad paupertatis oppoſitum reſpexerit, vt inde merito cœlorum regno ineptus habeatur.

Porro, vt ad naturalis & diuini iuris obliga-

tionem redeamus, cũ votũ promißio ſit, Deo de meliori bono facta.

Pactũ rite & decẽter intiũ omni iure obligat.

Omne autem pactum promißionem etiam importet partium inter ſe paciſcẽtium cum obligatione mutua: hæc licet homini primo & immediate quandoque ſit facta: iure tamen naturali, diuino & humano firma manet & immota, niſi forte à partibus ſe mutuo abſoluere valentibus, ac rationabiliter diſſentiẽtibus, aut à ſuperiore diſſoluatur. vnde Caſsiod. ſuper pſal. 118. vidi præuaricantes & tabeſcebam.

Pactũ unde dicatur.

Pactum, inquit, à pace quaſi pacis actũ id eſt inter diſsidentes affectu gratię definita cõditio eſt, de hui⁹ firmitate & obligatione dicit Apo. Hebr. 6. Abrahæ. Nanque promittens Deus, & paulo pòſt. Homines per maiorem ſui iurant, deinde in quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis ſuæ heredibus. Immobilitatem conſilii ſui: interpoſuit iuſiurandum, inter ſcilicet Abrahæ factam promißionem & eiuſdem impletionem, vt per duas res immobiles, quibus impoſsibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus. Vides quantum virtutis & efficaciæ ſit pactũ ſeu ꝓmißio ipſa, vt eam Deus tãquam quid firmißimum & immobile ad ſpem Abrahæ ac eius fidei herædibus, id eſt nobis chriſtianis de beatitudine ingenerandam aſſumpſerit. ac quaſi ſe nobis per illam obſtrinxerit, de cuius præuaricatione dicitur Deuter. 23. diſplicet Deo ſtulta & infidelis promißio, & Malach. 2. dicebat Deus ad ſacerdotes

pacti sui contemptores. Irritum fecistis pactum leui, dicit dominus exercituum, propter quod & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis. Eandem certe ob causam & Iosue pactum cum gabaonitis non interficiendis ignorãter & contra Dei præceptum initum, ab eodem Iosue fuit obseruatum. cum diuini de opposito præcepti interpretatione. de qua Ambrosi. superius in verbo dispensatio, articulo tertio in principio.

Pactum in magnis & arduis reb⁹ quomodo obliget.

Ex his patet pactum omne licitum & honestum in magnis præsertim & arduis rebus diuinum ac publicum totius populi bonum tangentibus iure omni obligatorium esse. naturali, gẽtium, diuino, & ciuili. Propter quod solus papa contra concordatorum contractum cum rege ac Franciæ regno ex vna, & ipsum papam ac sedem apostolicam ex altera partibus celebratum vulgo dispensare non potest. cum tale pactum omni prædicto iure ratum sit, & firmum. Tum quòd neutra contrahentium pars, absque alteri⁹ consensu ab eo contractu recedere valeat. Quãuis autẽ in pure humanis constitutionibus quæ sine alterius detrimento mutari possunt: illimitatã potestatem habere dicatur papa & his quæ ex eius atque sedis apostolicæ consensu libero, pro se ac successoribus pontificibus in pactum rationabiliter deducto, omni iure non firmãtur: non tamen in his, quæ iure naturali gẽtium, aut diuino, stabiliuntur, cuiusmodi est concordatorum seu pragmatice sanctionis statutum, cuius

Quæ cōcor datorū causa. condendi causa fuit salus populorum, honor diuini nominis, ac cultus augmentum, quæ regulariter in viris rite graduatis reperiri solēt, magis quā in aliis. Neq; enim paucorū graduatorū culpa cōmunē causat euacuat. cum vnius ex duodecim Christi apostolis malicia cęterorū ꝓbitati, nec fidei de Christo testimonio obfuerit, dum in Iudæ locum suffectus est Mathias, quo præordinatus à Deo duodecim testium numerus permaneret.

Fœlini lapsus de papæ obligatione Neque audienda est Felini subtilis exceptio, in cap. constitutus de rescrip. qui censet pontificem maximum ex arbitrio dispēsare posse in re iurata ad se pertinente, quia, inquit, subaudienda fuit eius autoritas, hoc enim minime eum releuat, quando enim seipsum obligauit: cessit iuri proprio sciens ac prudens. Vt bene refert Reueren. pater dominus Episcopus Arboriten. in libro de vtendo sacro cœlibatu: maxime si iuramentum illud non vergat in æternæ salutis dispendium. Nec redundet in alterius detrimentum, vt habetur in fine cap. quamuis, de pact. in 6. Neque enim in gratiis aut rescriptis suis solet papa aliquid concedere cum alterius detrimento: Indultū autem ipsum vergit in graduatorum detrimentum imo & ecclesiæ, si passim detur. Quid enim absurdius aut etiam iniquius dici excogitaríve queat, quàm quòd Deus ipse sua nobis promissione & iuramento quodammodo obligetur, ita vt iuxta apostolū superius citatum, impossibile sit aliter euenire, quàm il-

le promiserit & iurauerit, fidelis enim ille permanet seipsum negare non potest. 2. ad Thi. 2. & quod eius in terris vicarius omnes fœdifragos digna censuræ animaduersione puniat, ipse autem promissionem ac iuramentum suum impune non seruet?

Quis enim dubitet papam ipsum iuri naturali iuxta ac diuino æque ac alium quemuis subiici, nec in eis pro se vel pro alio propriè dispensare posse? quāuis recte illud interprætetur etiā decidendo, ac alios obligando.

Papa iuri naturali et diuino ut alii subiicitur.

Ex hoc colligitur eum qui indultum de beneficiis in graduatorum mense vacantibus importunis vt fieri assolet præcibus extorserit, per quod non graduati graduatis etiam nominatis prçferuntur: male secundum Deum impetrasse. Nisi forte accedat alterius partis puta regis ac regni consensus cum rationabili dispēsandi causa, citra quam vtraque etiam parte consentiente papa ac rege non valet dispensatio quo ad Deū quamuis forte firma sit quo ad exterius hominū forum. vt quç sit contra ius gentium & commune Ecclesiæ bonum iam sibi in viris graduatis quæsitum. in quorum præiudicium reuocari non potest, quando scilicet cōstitutio transit in contractum Innocen. in cap. Nouit. de iud. Ioā. and. ad specul. in titu. de cens. §. Nunc dicendū versic. quid si vniuersitas, cum in eiusmodi gratiis semp poni soleat clausula, saluo iure alieno.

Indultū cōtra concordatorum cōtractū nō recte quo ad Deum impetrari.

Nec dictis obstat prima illa iuris regula lib. quinto de arcetal. omnis per quascunque causas

Regula iuris, omnis res per quascūq; causas intelligitur

nascitur: per easdem dissoluitur, dicente glos. Id intelligendum esse de obligationibus temporalibus, secus de spiritualibus. Itē fallit, inquit, quia alio modo tollitur obligatio quæ consensu nata est, scilicet per acceptilationem, sed nō natura sui, quia facta super cōtractu qui est iuris gentium Ioan. and. Hæc glo. idē Ioan. and. in cap. de mulcta de præb. & archidia. in cap. non liceat papæ. 12. quæst. 2. dicunt dispensationem in iure humano sine ratione factam validā quidem esse, sed dispensantem peccare. In naturali vero & diuino iure sine ratione factam validam non esse, nec tenere & dispensantem peccare hæc ibi prior pars haud dubie vera est, quoniam legi deest legislatoris auctoritas eandem quo ad hunc quo cum dispensat reuocātis. Nec enim sola legis condendę causa remanens obligare sine lege sufficit, sicut nec ante conditam legem absque superioris autoritate sufficiebat. in iure autem naturali & diuino vbi legis deficit ratio, habet quidem locum dispensatio, vel melius interpretatio ab homine facienda, sicut in multis antiquæ legis præceptis quando scilicet nouæ legi non congruebant vt legalia & cæremonialia præcepta, de quorum cessatione scribit Apostolus ad Gal. 5. euacuati estis à Christo qui in lege iustificamini, & tūc deficienti ac cessanti legis rationi nunquam adest Dei legislatoris autoritas: quæ alioqui nūquam deest, quādiu scilicet illa adest, consimiliter in iure naturali quandoque licita fuit vxorum pluralitas tē

Quomodo ualeant dispensationes in iure humano sine ratione factæ, quō in naturali & diuino.

pore scilicet Abrahæ & Iacob ad Dei cultũ multiplicandum, quæ in Euangelio foret illicita, Christo illam ad primam hominis institutionẽ reuocante ob dictæ causæ cessationem.

Ita & in proposito dicendum est, de rationabilis concordatorum causæ duratione, quæ causa facile tolli non potest, cum ea in legis seu contractus visceribus pendeat.

Concordatorum faciẽdorũ causa in eorũ uisceribus pẽdet pro quo & pragmaticam intelligo. quando uigebat.

Adde quòd nullus potest contra actus substãtiam illo remanente disponere. l. cum precario. ff. de præca. & glo. in cap. 2. de consuetud. in 6. atqui contractus substantia est: vt vltro citroque sit obligatori⁹. l. Labeo. ff. de verbo. signifi. Simile habes in cap. cum ad monasterium de sta. monach.

Papa igitur sic contrahẽdo contractus se substantiæ subiicit, alioqui contractus non esset. Et quamuis princeps legibus sit solutus: non tamen rationis naturalis dictamine, nec lege naturali. verba sunt Baldi. in l. 2. col. 6. numero. 40 C. de seruit & aqua. Si dixeris hæc vera quidẽ esse de totali vel maioris concordatorum partis abolitione, non autem de dispẽsatione cum paucis non graduatis. Respondeo, si remanet cõtractus ratio, & causa salus videlicet populorum, diuini nominis & cultus augmentum, ac postremo fidei per graduatos apprime necessaria defensio: cum iure vi contractus quæsito graduatis, quamuis illud tãtum præparatorium vocent; non ius in re vel ad rem, remanet & contractus autoritas & firmitas, & ita à papa ex

Quòd papa homini per cõtractum obligari possit, à quo se sua dispensatione liberare nõ possit.

parte illius indiſpenſabilitas. qui licet in ſubditorum ſingulos ſuperioritatem ac iuriſdictionẽ ſemper habeat, quamdiu manet papa, remanente tamen prædicti contractus vigore & cauſa, iure naturali & diuino remanet ipſe obligatus, & ſic ſtante talis obligationis vinculo, in eo diſpẽſare non poteſt: aut dicendum fuerit contra ſuperius adducta papam homini obligari non poſſe, cum tamen iam oſtẽſum fuerit ex ſcriptura, Deum ſuo nobis modo obligari voluiſſe & obligatum fuiſſe obligatione longe in infinitum certiori, quàm ſint omnium hominum obligationes.

Priuilegiũ ſine cauſa concedi, nõ autẽ diſpenſatio poteſt.

Quamuis autem priuilegium ſine cauſa quandoque concedatur: non tamen diſpenſatio, quæ cauſa exiſtente falſa ſemper vitiatur, iuxta Pan. In cap. quia circa. col. 2. de conſangui. Tale autem indultum in graduatorum mẽſibus pro nõ graduatis, contra concordatorum contractum diſpenſatio eſt, cum vim legis obtineat & ſtatuti contractus ille pro ſolis graduatis.

Vnde colligi poteſt beneficia graduatis illa proſequẽtibus debita & affecta alteri à graduato addici non debere per iudices. vt etiam patet per rubri. de firma & irreuoca. concordatorum ſtabili cuius verba ſunt hæc. Illam vero cõcordiã contractus & obligationis inter nos & ſedem apoſtolicam prædictam ex vna, & præfatum regem & regnum ex altera partibus legitime inniti, vim & robur obtinere, ac illi & prę ſentibus in aliqua ſui parte per quaſcunque lite

ras & gratias per nos & successores nostros desuper concedendas non derogari. Clausulam quę cum eorumdem derogatione &c. in quibusvis supplicationibus pro tempore signatis appositam nihil penitus operari, nec non irritum & inane quicquid secus super his vel eorum aliquo à quo quam quauis autoritate etiā per nos & successores nostros præfatos scienter vel ignorāter contigerit attentari, decernimus. hęc ibi, Quando autem in constitutionibus aut actu apponitur decreti clausula sicut hic: si cōtrarium fiat, pro infecto habetur. cap. ad petitionem, de accusat. quoniam hæc clausula etiā manus papæ ligat. ex cap. quodam. in fine de præb. in sexto.

Quòd si quis more quorundam super ius omne papam ipsum extollere velit, caueat ille, ne plus hominibus quàm Deo detulisse videatur. Idque contra Petrum & Ioannem acto. 4. dicētes Iudæis Euangelicam prædicationem inhibentibus. *Clausula decreti, sibi oppositum irritat.*

Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire, quàm Deum, iudicate. Nō enim possumus quæ vidimus & audiuimus, non loqui. *Deo obediēdū potius q̃ hominibus.*

Ex quo patet ius omne humanū diuino semper iuri cædere oportere, nec inferioris ius contra superioris vim vllam aut robur vnquam obtinere posse. Adde quòd nec iuris, legis, statuti, decreti, vel consuetudinis nomine dignum censetur: quicquid contra ius diuinum à quibusuis statutum ordinatúmve fuerit. Propter quod

denũciatio quæ vim habet præcepti à Christo, Matt.18.cap. Si peccauerit in te frater tuis: corripe deinde. Dic Ecclesiæ, ab homine tolli non potest: nec passim in accusationẽ cõuerti, maximè in materia heræsis. Accusatio calumniatoris pœnam importat cũ præuia accusantis inscriptione si à legitima ꝓbatione defecerit. Nihil enim aliud est accusare quàm reum criminis alium per libellum deferre, vel facere ad vindictam. Denunciatio vero neutrum agnoscit, vt quæ ex parte denunciantis non publicæ iustitiæ & pœnę velut accusatio, sed fratris ex charitate vel præcepto correctioni ĩnitatur. Quòd autẽ ĩ casu sit omnibus à Christo præcepta denunciatio probat S.Tho.22.quæst.33.artic.7. Et durand. in 4. senten.distin.19.quæst.3.B. Greg. Epistolarum ex registro cap.64.lib.9. Brunichildæ Francorũ reginæ de impudicis sacerdotibus ita scribit. Nec enim sunt dissimulanda quæ dicimus: quia qui emẽdare potest, & negligit: participem se procul dubio delicti constituit. Idem habet lib.12.cap.31. loquens de fraterna correctione quam à Christo præceptam esse tradit. Idem quoque sentit glos. in cap. ipsa pietas 23.quæst.4. in verbo compellit ex Aug. Vnde consequens fuerit statutũ vel decretũ omne, quo heræticũ denunciãs pro accusatore habetur & illius, id est calumniatoris pœna, nisi plenam velut accusator probationem fecerit, tenetur, illicitum esse, iniustum, ac impium, nec statuti aut legis nomine dignũ haberi: vt quod

heræticæ prauitatis inquisitioni aduersetur. Omnes siquidem à denunciandi proposito timore calumniæ, in quam incidit denũciator nõ probãs sicut accusator, auocat ac deterret. Hoc autem non solum Euangelio contra pugnat, vt dictum est, sed & iuri canonico in cap. statutũ de heræ. In 6. vbi sanxit Vrbanus 4. statuta nõ valere per quæ inquisitoris heræsis officium impeditur aut retardatur directe vel indirecte. Neque enim propter vitandam alterius collitigantium calumniam contraueniendum fuerit Euãgelio, aut iuri canonico super eo fundato. Nec superueniens excommunicationis censura contra heræticos, reuelare nolentes, tam firma támve efficax esse potest: quàm Euangelicum ac cõmune quod semper in Ecclesia viguit denunciãdi priuilegium. quæ autem de nouo ac per accidens emergunt. nouo indigent consilio & noua pœna, non ea tamen impedire debent quę de diuino ac communi iure per se rata ac firma perdurant. Sed hæc parergon dicta sint de Euangelicę denunciationis stabilitate.

Adde ꝑ cõcordatis cũ sub dignitatũ nomine initia fuerint pacta queẽadmodũ hic inter papã ac sedem apostolicam, regem & regnũ, ea trãseunt ad successores, & illos obligant. cap. quoniam abbas. de offi. deleg. Iason in consi. 10. videretur. col. 3. in 3. vol. Et ratio est, quia dignitas nõ moritur. cap. si gratiosæ, de rescrip. in. 6. *Pacta sub nomine dignitatis inita obligant successores.*

Postremo, siquid super fide & moribus statuatur à papa, illud ei⁹ successor reuocare nõ po *Statutũ papale de fi-*

de & moribus à successoribus reuocari non potest durãte statuti causa.

terit. extrauag. quorundam versi. ad impugnandas. de verbo signific. in extrauag. Ioan. 22. Et cap. quæ ad perpetuam & cap. contra statuta. 25. q. 1. quod tamen intelligi debet, quãdiu statuti causa & ratio manet propter apostolorum statutum, acto. 15. de abstinendo ab immolatis Idolo, à suffocato, & sanguine. vnde postea causa cessante statuti, cessauit & ipsum & ita de similibus iudicandũ. His & aliis quæ adduci possunt rationibus respondere habent: qui in graduatorum mensibus indultum concordatis præualere voluerunt vtque præualeret: ad extremũ vsque conatum vt nulli omnino labori parcerent, desudarunt.

Quartus & ultimus artic. quõ sint expetenda Ecclesiæ beneficia.

Cæterum quod postremo loco positum est: quomodo sint expetenda benefici a paucis iã recludamus, Quidque in sacerdotio expetendum & quid non, videamus. In episcopatu nanque vt de cæteris idem sit iudicium, tria considerari & appeti possunt. Vnum quod præcipuum est & finale, Episcopalis videlicet operatio ad spiritualem subditorum vtilitatem relata: de qua Apostolus, 1 ad Thi. 3. qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Secundum est gradus altitudo, de qua Iacobi. 3. Nolite plures magistri fieri, scientes, quoniam maius iudicium sumitis. Tertium, quod & duo illa consequitur, honor siue reuerentia, & temporalium sufficientia, hæc autem duo posteriora illicite appetuntur sine primo. vnde August. exponens illud 1 Corinth. 9. Si autem iuitus, dispensatio mi-

hi credita est, sic dicit. Quærite primo regnum Dei & iustitiam eius, non dixit, deinde quærite ista, quamuis sint necessaria: sed ait & hæc omnia adiicientur vobis, id est consequentur: si illa quæratis sine vllo vestro impedimento. Ne cum ista quæritis: duos fines constituatis. Vt regnum Dei propter ista necessaria appetatis: sed hæc potius propter illud. Ista vobis non deerunt: quia duobus dominis seruire non potestis. Duobus autem dominis seruire conatur; qui & regnum Dei pro magno bono appetit: & hæc temporalia. Deinde ita cõcludit, simplici corde tantum modo propter regnum Dei debemus operari bonum ad omnes. Non autem in hac operatione vel solam vel cum regno mercedem temporalium cogitare. hæc ille,

Hoc postremum mihi sic intelligendum videtur, vt nec solam temporalium mercedem, nec cum Dei regno appetamus ex æquo, quod certe duobus dominis seruire est. Non tamen reprehendit Augustin. siquis hæc temporalia necessaria propter Dei regnum expetat: cum paulo ante dixerit. Ne cum ista quæritis: duos fines constituatis. vt regnum Dei propter ista necessaria appetatis, sed hæc potius ꝓpter illud.

Ex his satis apparet, quomodo expetẽda sint Ecclesiæ beneficia ea maxime, quæ prælationẽ important.

De quibus pulchrè B. Gregor in prima parte curæ pastoralis. cap. 8. Plerumque, inquit, qui præesse concupiscunt: ad vsum suæ libidinis in-

ſtrumentum apoſtolici ſermonis arripiunt. Si quis Epiſcopatum deſiderat: bonum opus deſiderat. qui tamen laudans deſiderium, in pauorē vertit protinus, quod laudauit: cum ſubiungit, oportet autem Epiſcopum irrepræhenſibilem eſſe fauet ergo ex deſiderio, terret ex præcepto ac ſi aperte dicat, laudo quod quæritis: ſed prius diſcite quid quæratis. Ne dum voſmetipſos metiri negligitis: tanto fœdior veſtra repræhenſibilitas appareat: quanto & à cunctis conſpici in honoris arce feſtinatis, quod illo tempore dicitur: quo quiſquis plebibus præerat: ad martyri tormenta ducebatur. tunc ergo laudabile fuit Epiſcopatum quærere. deinde ſic ipſe ergo ſibi teſtis eſt, quia Epiſcopatum non appetit: qui non per hunc boni operis miniſterium, ſed honoris gloriam quærit. Sacrum quippe officium non ſolum nō diligit omnino: ſed neſcit, qui ad culmen regiminis anhelans, in occulta meditatione cogitationis, cæterorum ſubiectione paſcitur, laude propria lætatur, ad honorē cor eleuat, rerum affluentium abundatia exultat. Mundi ergo lucrum quæritur ſub eius honoris ſpecie, quo mūdi deſtrui lucra debuerant. Idē ſequenti capite de bono paſtore eligendo.

Pro quo tēpore dictū eſt qui Epiſcop. deſiderat. bonum opus deſiderat.

Ille igitur modis omnibus debet ad exemplū bene viuendi pertrahi: qui cunctis carnis paſsionibus moriens, iam ſpiritualiter viuit, qui proſpera mundi poſt ponit, qui nulla aduerſa pertimeſcit, qui ſola interna deſiderat, qui ad aliena cupienda non ducitur, ſed propria largitur: qui

Qualis paſtor eligendus.

nulla illicita perpetrat: sed perpetrata ab aliis vt propria deplorat, qui orationis vsu & experimento iam didicit quòd obtinere à domino quod popoſcerit, poſsit. Hæc ille, Cui concinit Augu. ſuper eodem cap. dicens. Itaque à ſtudio cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet ocium.

Locus verò ſuperior ſine quo regi populus nō poteſt, & ſi ita teneatur atque adminiſtretur vt decet: tamen indecenter appetitur. Quamobrē ocium ſanctum quærit charitas veritatis, negocium iuſtum ſuſcipit neceſsitas charitatis. quā ſarcinam ſi nullus imponit, percipiēdæ atque intuendę vacandum eſt veritati. Si ergo, inquies, locus ſuperioris regiminis indecēter appetitur: cur viri graduati quo aliis præſint, toties collatores ordinarios ſuis nominationibus interpellant, & niſi ſibi affecta beneficia conferant: ſæpe etiam in ius pertrahunt. Curque quod faciēdum dicunt Grego. & Auguſtinus, non faciunt illi? Nempe quòd in omni opere habenda ſit temporis ratio, quo res factæ ſunt aut veniunt faciendę. Nam tempore Auguſtini & Gregorii erant adhuc permulti veri gregis dominici paſtores: qui diſciplinam Eccleſiaſticam ad ſe ex Apoſtolis deriuatam mordicitus tenerent. quique curæ paſtorali nō ſuæ commodati ſtuderēt.

Quod prælatura indecēter appectatur ſecū dū Aug. & ꝑ quo tempore.

Huius rei fidem faciunt vel ipſimet Augu. & Gregor. cum Ambro. qui omnes tantum abeſt, vt ad Epiſcopale culmen cum noſtratibus aſpirauerint: vt & ad illud per populum & Eccleſiæ

Habēda tēporis ratio.

Olim inuiti rapiebātur ad Eccle. dignitates, nūc uero omnibus pene inuitis illas ipſas aggrediūtur.

præsules pertracti sint renittentes. At quot hodie probos & doctos ad id vel aliud muneris videas accersiri, nisi forte tale sit beneficium quod non nisi raro aliquo gradu vel indigentia insignitis possit conferri?

Qui beneficia cōferāt cū diminutione.

Sed nec illud adhuc collator absque alterius beneficii cōpēsatiōe pmittet abire: quod si sua id causa faciat: nihil mihi ab illo differre videbitur, qui contra ius canonicum beneficia cōfert cum diminutione. quod tamen passim fit hodie in præbendarum, quas theologas vocant, dispositione. Dices iterum, Tunc temporis erant lupi rapaces, quemadmodum & nunc, erant quidem at non forte in tanto numero. erant etiam tunc permulti canes oblatrantes ac lupos ipsos procul à caula gregis dominici abigentes. Nūc verò paucissimi, aut si sunt: muti sunt, nec valēt latrare. cum tamen & latratu canum & baculo lupi arceātur, teste Hieron. Propter quod ex ipsis ouibus tanta hodie luporum turba succreuit vt multis in locis pusillus Christi grex de Ecclesiasticis statutis vel etiam sacramentis ipsis vix balare aut minimum quid mussitare audeat: Lupis vndique perstrepētibus, ac in omni pene statu multis silentium indicentibus.

Quod nunc graduati & docti beneficia expetere ac sibi uendicare possint

Quare ne maiori ex parte pereat grex Christi: viris probis & doctis sacerdotia, cum vacant, non solum petere, sed & ab iniquis distributoribus ipsi Christo vi gradus ea vendicare licet, idque oues quo pascant ipsi, non vt pascantur ab eis. quod iuxta August. & Gregor. senten

tiam omnino repræhensione non caret: quando videlicet æqualiter aut magis appetuntur redditus ipsi quã officiosus labor.

Quamuis secundum eundem Augu. super illo. quærite primum regnum Dei, fructibus contemptis quærenda foret vel potius non renuenda pasturæ operatio ei, qui recte pascẽdi artem nouerit: cum negocium iustum suscipiat necessitas charitatis. Siquis tamen probe edoctus aliis primum prodesse percupiat: & deinde minus principaliter cibum quo in pastura illa perduret, appetat: licet nõ ita fortè mereatur, vt q solam aliorum salutem requirit non tamen ille, vt puto, arguendus veniret. Sed de his satis. *Dictorum Gregor. & Augu. pro illorũ & pro nostro tẽpore conciliatio.*

Habes igitur ô christiane lector, quomodo, & quantum hodiernæ status Ecclesię ab illa priscorum norma defecerit: quales, quantique abusus Ecclesiam cõturbent, quamuis omnes persequi, quod iustam voluminis magnitudinem postulet, non fuerit animus, sed maiores duntaxat, eosque velut quosdam riuulorum fontes subaperire, quo maior beneficiatorũ pars in quanto rerũ discrimine versetur, ĩtelligat: sibiq; & aliis diligẽter prospiciat. Horũ autẽ malorũ causam ostendit Platina in vita Benedicti quarti pontificis Romani in hunc modum scribens. *Opusculi cõclusio.*

Verum est certè, quod crispus ait, Quæ orta sunt, occidunt, quæ aucta, senescunt. Imperium ipsum magnum habuit incrementum. Verum postea principum ac populi Romani ignauia splendor ille Romani nominis in obscuras tene

bras conuersus est. tum vel maximè, vbi remissa exercitatione virtutis, voluptatib⁹ se & thermis ad effœminanda corpora inuentis tradidit.

Idem etiam accidisse pontificali dignitati dicere possumus. Sanctitate enim & doctrina, quæ non nisi magnis laboribus consummatáq; virtute comparantur, pontificum decus sine vllis opibus primo quidem auctum est inter tot hostes & obstinatos persecutores christiani nominis, mox vero cum ipsis opibus lasciuire cœpit Ecclesia Dei, versis eius cultoribus à seueritate ad lasciuiam, peperit nobis tanta licẽtia peccandi nullo principe flagitia hominum coercẽte, hæc monstra, hæc portenta, à quibus ambitione & largitione, sanctissima Petri sedes occupata est potius quàm possessa. Hæc ille.

Cæterum si quid à me in his peccatum est: postulata primùm à Deo venia eadem omnia sacrosanctæ Ecclesiæ, sanctæ sedi Apostolicæ, ac denique sacræ facultatis theologicæ Parisiensis matris meæ cẽsurę supplex emẽdanda præsento.

FINIS DEO GRATIAS.

VALDENSIVM ET QVORVNDAM ALIOrum errores, in capitum initiis ac medio lineæ ſcribũtur per partes, & impugnantur, quos habes in ſumma pagina.

Primus eorum error. eſt Eccleſiaſticæ poteſtatis contemptus. Cap. 1.

Hunc autem intellectus errorem, affectui conformem intellige, talem ſiquidem Valdenſibus infuiſſe: immediate ſequenti, ac quarto deinde capite ex illorum dogmate noſces.

IMPVGNATIO.



VPER cathedram Moyſi ſederũt ſcribę & phariſæi: omnia ergo quæcũque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum opera verò eorũ nolite facere, Mat. 23. cap. Super quo Auguſt. de verbis domini ſermone 49. ſic dicit. Nunquid credẽtes in ſe, ad Iudæos miſſurus erat vt diſcerent? Sed nomine phariſæorum & ſcribarum ſignificauit quoſdam in Eccleſia ſua futuros, qui

dicerent, & non facerent. Se autem significauerat in persona Moysi. Hæc ille,

Subditum immunẽ nõ fieri ab imitationis peccato ex mala prælati uita.

Vnde rectè primum colligas propter malam prælatorum vitam ab Ecclesiasticæ potestatis contemptu pœnitus excusatum iri neminem: ꝙ in Deum tendat hic contemptus, Luc. 10. Qui vos audit: me audit & qui vos spernit: me spernit. Propter quod 1. Petri 2. dicitur. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum. siue regi quasi præcedenti, siue ducibus tanquam ab eo missis, quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. qui omnem superiorem includit: nullum certæ ex eis malum, in his quæ ad eius pertinent superioritatem, excludit. Idem quoque præcepto confirmat Apostolus actor. 15. cap. Paulus autem perambulabat Syriam & Ciliciã confirmans Ecclesias, & præcipiens custodire pręcepta apostolorum & seniorum & Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. non est enim potestas nisi à Deo. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. qui autem resistũt: ipsi sibi dãnationẽ acquirũt.

De vtraque autem potestate in genere Ecclesiastica & layca loquitur Apostolus, sicut & Petrus. De quarum posteriori subiũgit. Non enim sine causa gladium portat. Nullus igitur potestatem Ecclesiasticam contemnere potest: quantumcunque scandalosè viuant illa fungentes: sine manifesto æternæ damnationis periculo. Ad quod vitandum dupliciter nos inducit Apost.

Et tĩore & amore nos

timore pœnæ & amore iustitiæ ita concludens. Ideoque & necesſitate ſubditi eſtote. Non ſolũ propter iram, ſed & propter conſcientiam.

ad ſuperiorũ obedientiam cõpellit Apoſtol.

Se ſolos Chriſti Eccleſiam eſſe, Chriſtique diſcipulos affirmant, & habere apoſtolicam autoritatem cũ claue ligandi & ſoluendi, Eccleſiam uero Romanam meretricem Babilonem eſſe, & ei obedientes omnes etiã clericos à tẽpore Syluestri papæ dicunt eſſe dãnatos.

Cap. 2.



DE VERA Chriſti Eccleſia ſonant omnes, quæ ſequuntur autoritates. Poſtula à me, & dabo tibi gentes heræditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ, vox eſt Dei Patris ad filium. Pſal. 2. Commemorabuntur, & conuertentur ad dominum vniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium. Hæc pſal. 21. De conuerſione gentium. & pſal. 56. Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnẽ terram gloria tua. Vnde, inquit, Auguſt. gloria eius ſuper omnem terram, niſi quia Eccleſia eius ſuper omnem terrã? Sicut corpus vnum eſt & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum tamen corpus ſunt. Ita & Chriſtus, etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptiſati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi. 1. Corinth. 12.

Quæ ſit uera Chriſti Eccl. ex ſcriptura.

Vides ex Paulo, quomodo omnes fideles qui

in Christo per baptisma renati sunt: vnum Ecclesiæ corpus efficiant, cuius ipse sit caput. Dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Esaiæ 49. & citatur ab Apostolo Acto. 13. de Ecclesia quæ à Iudæis ad gẽtes migratura erat vsq; ad extremũ terræ, eodẽ dicẽte Ro. 13. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ &c. Non igitur soli Valdenses aut lutherani Christi sunt Eccle. Quod autẽ catholica eadẽque Romana Christi sit Ecclesia non illa meretrix Babilon de qua Apocal. 17. cap. & eadem etiam indeuiabilis, patet. Matth. vlti. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Vbi Chrisost. to. 2. in 5. Matth. cap. Nam & cum dixit, ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, nõ ad eos tantummodo loquitur, subaudi apostolos, sed per eos ad vniuersum prorsus orbem. vbi Theoph. & nobis, inquit, & his qui post nos erũt, promisit hoc, Neq; enim apostoli vsq; ad finem mundi victuri erant. Idem quoque sentit August. de verbis domini sermone 45. Idẽ Paulus 1. ad Thim. 3. Hæc tibi scribo fili Thimotee, vt scias, quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. & postremo Matth. 16. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Hæc Matthæi autoritas cum superiore vltimo capite, & ea quæ modo ex Paulo adducta est Ecclesiæ probant indeuiabilitatem.

Ecclesiæ indeuiabilitas unde?

Et quia eos etiam damnari affirmant, qui Ec-

clesiæ Romanæ obedientiam præstant, audiant quid de sede illa Romana dicat primũ Cyprianus, postea Hieronymus, ac deinde antiquissimus Irenæus. quo tandem miseri illi homines contra propriam salutem blaterare desinant. Cyprian. 1. in Epist. ad Corn. papã, ita scribit.

Neque enim aliunde heræses obortę sunt, aut nata sunt scismata, quam inde, quod sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tẽpus sacerdos, & ad tẽpus iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina, obtẽperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium quicquam moueret. Nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium post episcoporũ consensum, iuducẽ se non iam, Episcopi, sed Dei faceret. Nemo dissidio vnitatis, Christi Ecclesiã scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsim foris nouã heræsim conderet. Hæc Cyprian. & Hieron. ad Damasum papam. Hæc est fides papa beatissime, quam in catholica didicimus Ecclesia, quãque semper tenemus, in qua si minus perite, aut parum caute forte aliquid positum est: emendari cupimus abs te: qui Petri sedẽ & fidem tenes.

Heræticus, censendus secundum Hieron. qui sedis apostolicæ approbationẽ reprobat.

Si autem hæc nostra confessio, apostolatus tui iudicio comprobatur: quicunque me culpare voluerit: se imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum, sed heræticum comprobabit. Postremo Irenæus aduersus heræs. valenti. lib. 3. cap. 3. Loquens de Ecclesia Romana à Petro ac Paulo fundata sic habet. Ad hãc enim

Ecclesiam propter potentiorem principalitatē, necesse est omnem cōuenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt vndique fideles. in qua semper ab iis qui sunt vbique fideles, cōseruata est ea, quæ est ab Apost. traditio. Hæc Irenæus, ex quibus claret Ecclesiæ Romanæ super aliàs autoritas principatus. Neque isti suæ maledicentiæ causam qualemcunque prætendere possunt prælatorum vitam: cum omnes Christus sufficienter monuerit: dicens, quæcunque dicunt vobis seruatæ & facite. Ad illud autem quod dicunt, se ligandi & soluendi claues habere: respondebitur inferius 11. & 12. cap.

Ex his colligitur vnica esse vera Christi Ecclesia militans, catholica, hoc est vniuersalis Christo capiti per fidem baptismi in mysticum eius corpus, quod dicitur Christus, vnita, in fide ac moribus indeuiabilis, dicta antonomaticè Romana cui necessario parere habent omnes. De qua ad literam miratur Iudæorum synagoga cantico 6. dicens.

Huius capitis cōclusio. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora cō surgens, interli, per omnes partes orbis extenditur, non parua loco vel tempore, pulchra, vt Luna, quia à Sole iustitiæ illustrata, noctem seculi Euangelica luce perfundit, electa, vt Sol in futura beatitudine, vbi sicut Sol: fulgebunt iusti, terribilis, vt castrorum acies ordinata, quo perfectius ordinem in se viatutum collocat, eo torribilior est Ecclesia aeriis potestatibus. Paueāt igitur heræetici omnes, nec paueat illa. Sā-

ctamque Ecclesiam suam ac omnium matrem amplius non ignorent, sed agnoscant. diligant, non oderint, nõ contemnant, sed audiant & colant. adiuuent, non persequãtur. in ea maneant, ne abscindãtur. Saluẽtur ĩ naui, ne foris pereãt.

Nulla miracula dicunt esse uera quæ fiunt in Ecclesia: quia nullus ipsorum aliquando miracula fecit. Cap. 3.



VM tradãt heræretici se solos Christi Ecclesiam esse: nec ipsi miracula faciant: mirum esse non debet, si nulla vera Ecclesiæ miracula esse cõcludant, quamuis nõ tam illud de se dici, quàm de vniuersali Ecclesia putent.

Fuerunt autẽ Valdenses de quibus dixit Dauid, & obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium, quæ ostendit eis. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra AEgypti. psalm. 77. & Exod. 11. cũ diceret Moyses populo Israel quomodo nocte sequenti moriturum esset omne primogenitum AEgypti, subiunxit, apud omnes autem filios Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus. Vt sciatis quanto miraculo diuidat dominus AEgyptios & Israel. Obediuit dominus voto Iosue dicenti. Sol contra Gabaõ ne mouearis. Iosue 10. stetit. Itaque Sol in medio cœli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei: Helias siccitaten tres annos & sex mẽses, deinde pluuiã impetrauit. Pascitur à coruis,

ſuſcitat filium matri familias.3.Reg.17.& 18. Duos quinquagenarios ignis de cœlo conſumpſit,4.Reg.1. Tandem diuiſis pallio aquis in cœlum receptus eſt. 4.Reg.2.

Quod uim ſanatiuã habeãt ſanctorũ reliquiæ argumento ſumpto à minori ad maius.

Dæmum hominis mortui cadauere, Heliſæi oſſa multo ante ſepulti contingente, defunctus ille ſuſcitatus eſt. 4.Reg.13.

A ueteri lege ad nouã.

In nouo autem teſtamento quomodo audebunt tot ac tanta Chriſti miracula ſubſannare, aut etiam Petri infirmos ad ſuam vmbram curantis, Stephani, ac aliorum ſanctorum? Si autẽ dicant à ſolo Deo, non à ſanctis illa omnia facta fuiſſe, attẽdãt, velim qđ ſcriptura ſonet. act. 6. Stephanus autẽ plenus gratia & fortitudine faciebat ꝓdigia & ſigna magna in populo. Nõ ibi dicitur, quod Deus faciebat per Stephanũ.

Dupliciter fieri miracula.

Cũ autẽ dupliciter fiãt miracula: vno modo principaliter effectiue & indepẽdenter ſic ſolus Deꝰ miracula facit iuxta prophetã dicentẽ. qui facit mirabilia magna ſolus, hoc eſt ſine aliis, nõ alii ſine illo. Alio modo meritorie ac deprecatorie, & ſic ſancti miracula faciunt, quia ad ſanctorum merita & præces, Deus talia miracula facit quamuis non deſint, qui dicãt, virtutem à Deo ſanctis inditam eſſe, extendentem ſe etiam ad effectus miraculoſos, pro quo facere videtur apoſtolus. 1. Corinth. 12. dicens. Et quoſdam quidẽ poſuit Deus in Eccleſia primo apoſtolos, ſecundo prophetas, Tertio doctores, deinde virtutes, id eſt ſecundum Ambr. qui miracula faciunt. agit enĩ ibi apoſtolus de gratia gratis data huic

auere videtur scriptura sãctis miracula tribuẽs. *Quod san-*
Vtrumque hunc modum probat Grego. lib. *cti duplici*
2. Dialogo. dicens. Qui deuota mente Deo ad- *ter miracu*
herent, cum rerum necessitas poscit, exhibere si *la faciant*
gna modo vtroque solent. vt mira quæque ali *præce &*
quando ex prece faciant, aliquando ex potesta *gratia sibi*
te cõcessa illis à Deo, cui enim cõceditur quod *à Deo gra-*
est maius, non est mirum, si quod minus est con *tis data.*
ceditur. at maior est potestas filios Dei fieri, cũ
hoc solum sanctis concedatur Ioan. 1. quã mira
cula operari, quod etiam malis datur. Matth. 7
Sequitur idem Grego. Quia enim vtroque mo
do miracula exhibeãt, testatur Petrus, qui Tabi
tã mortuã orando suscitauit, Ananiam vero &
Saphiram mentientes morti increpando tradi-
dit. Neque enim orasse in eorum exstinctione le
gitur, sed solum culpam, quam perpetrauerant,
increpasse. Hæc ille. siue ergo priore, siue poste
riori modo fiant miracula, à sanctis tamen fieri
dicuntur iuxta modum loquendi scripturæ, di-
centis. Amen amẽ dico vobis, qui credit in me
opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora
horum faciet Ioã 14. & Marci. vltim. In nomi
ne meo dæmonia eiicient, linguis loquentur no
uis, non dicit, ad eorum præces dæmonia eiiciã.
quãuis ita sit, vt patet inductiue in multis mira
culis factis à sanctis. Nisi forte dicere velis, Deũ
hũc sãctis honorẽ ideo cõmuniter tribuere quo
suo illos exẽplo nobis honorãdos commõstret.

Quæ autem à Christo domino fiebant, per *Quare Chri*
imperium fiebant. Quod si quando miracula fa *stus quãdo-*

que miracu la facturus patrē ora bat.

ꝭturus patrem orabat, propter aſsiſtentes orabat, vt crederent Dei non dæmonis virtute, ſicut illi tribuebant phariſæi, ſe talia operari. Adde quòd Deus cum eſſet, patrem tamen orabat & gratias agebat, vt homo. quo nos ſemper in humilitate doceret & orare, & per omnia Deo gratias agere debere.

Cap. 4.

Omnia ſtatuta Eccleſiæ *poſt* Chriſti *aſcenſum dicunt non eſſe ſeruanda, nec alicuius ualoris eſſe.*

Vnde uim obligandi habeat Eccleſiæ ſtatuta.



VCAE 10. qui vos audit, me audit & qui vos ſpernit, me ſpernit. qui autē me ſpernit, ſpernit eū, q̃ me miſit. De hoc ſupra cap. 1. In quo quæcūq; dicta ſunt, huic etiam loco coaptari poſſunt, & contra. Hic autem 72. diſcipulis loquebatur, quos ad prædicandum mittebat. & per eos ſucceſſoribus. Ex his tāquam principalioribus ſui partibus conflatur Eccleſia. de quibus Irenæus lib. 3. cap. 13. aduerſus heræ. valenti.

Qui Apoſt. præcepta etiā nō ſcripta cōtēnit: Deū nō hominē cōtemnit.

Quomodo autem & ſeptuaginta prædicabant, niſi ipſi prius veritatem prædicationis cognouiſſent? 1. ad Theſſa. 4. cum præmiſiſſet Apoſtolus, ſcitis quæ præcepta dederim vobis, continuo ſubiunxit.

Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. Idem Heb. 13. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim perui-

gilant quasi rationem pro animabus vestris red dituri. & 2. ad Thessal. 2. Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, siue p sermonẽ, siue p Episto. & in fine cap. quod si quis nõ obedierit verbo nostro per Episto. hũc notate, & ne commisceamini cum illo, vt confundatur.

Ecce quantus Apostoli rigor in eos qui Ecclesiæ etiam non scripta præcepta contẽnunt, quæ vbi vsu Ecclesiæ semel comprobata sunt, nõ minus obligant, quam illa quę nos scripta fuisse cũ Ecclesia defendimus, cum vtraque nobis ex æquo seruanda præcipiantur à Paulo.

Vnde B. Dyo. ca. 1. cœlestis hierarchię dicit eloqa diuina duplicis esse generis. Nimirũ quę dã in sanctis ac theologicis libris nobis cõmẽdata, & alia pręterea, quæ ex animo in animũ medio intercurrente verbo corporali quidem, sed quod carnis sensum pœnitus excedat, sine literis transfusa. Si quidem primi illi sacerdotes duces apostolos intellige, summa illa & super substantialia partim scriptis, partim non scriptis, institueẽtes nobis tradiderunt. Et Irenæ. lib. 4. cap. 43.

Diuina eloquia partĩ scripta, partim nõ scripta nobis tradita fuisse.

Quapropter & eis presbyteris qui successionem habẽt ab Apostolis, ob audire oportet. qui cum Episcopatus successione charisma veritatis certum secundum placitum patris accepeerũt Reliquos vero qui absistunt à principali successione, & quocunque loco colliguntur, suspectos habere, vel quasi hereticos, & malę sententiæ, vel quasi scindentes vnitatem, & elatos & sibi

Qui legitimi sint Episcopi et qui illigetimi ex Irenæo.

placentes.

Heretici ignẽ aliẽnũ afferunt ad altare.

Omnes aut hi decidunt à veritate. Et herætici quidem alienum ignem afferentes ad altare Dei, id est alienas doctrinas, à cœlesti igne cõburentur. quemadmodum Nadab & Abiu.

Qui vero exurgunt contra veritatem: & alios adhortantur aduersus Ecclesiam Dei: remanent apud inferos cum Datham & Abiron voragine terræ absorpti.

Cur à ieiunis consummatur Eucharistia cũ eã cœnatis discipulis instituerit Christus.

Qui autem scindunt & separãt vnitatem Ecclesiæ: eandem quam Hieroboam pœnam percipiunt à Deo. hæc Irenæus. Et August. to. 2. scribens Ianuario quærenti, cur à Ieiunis consummatur Eucharistia, cum eam Christus cœnatis discipulis instituerit? Nam inquit, saluator quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum: à quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit: quo deinceps ordine sumeretur: vt apostolis p quos Ecclesiam dispositurus erat, seruaret hũc locũ.

no. totũ illũ agẽdi ordinẽ de Euchar. quem uniuersa cõseruat Eccl. ab Apost. p cessisse sicut & alia multa: nõ scripta, de quib⁹ apost. cætera aũt cum uenero diponam.

Cum vero ait apostolus, de hoc sacramento loquens, siquis esurit, domi manducet: statim subtexuit. Cætera autem cum venero disponam vnde intelligi datur: quia multum erat, vt in Epistola totum illum agendi ordinem insinuaret: quem vniuersa per orbem seruat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diuersitate variatur. Idem to. 7. lib. 2. de baptismo, cõtra donatistas. cap, 7. Nolite ergo nobis obiicere autoritatem Cypriani ad baptismi repetitionẽ



ſed tenete nobiſcum exemplum Cypriani ad vnitatis conſeruationem.

Eccleſia in ipſis quoque ſciſmaticis & heræticis corrigere,quod prauũ eſt,non iterare quod datum eſt:ſanare quod vulneratum eſt, non curare quod ſanum eſt,conſueuit. quam conſuetudinem ex apoſtolica traditione veniẽtem ſicut multa non inueniuntur in literis eorum, neque in conſiliis poſteriorum,& tamen quia per vniuerſam cuſtodiũtur Eccleſiam:non niſi ab ipſis tradita & commẽdata creduntur. Poſtremo antiquiſsimus Irenæus lib. 1. aduerſus heræ. valenti cap. 2. Eccleſia enim per vniuerſum orbem vſque ad fines terræ ſeminata, & ab Apoſtolis & diſcipulis eorum accepit eam fidem, quæ eſt in vnum Deum patrem omnipotẽtẽ. Deinde ſequenti cap.

Hanc prædicationem cum acceperit, & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, Eccleſia & quidem in vniuerſum mundum diſſeminata diligenter cuſtodit,quaſi vnam domum inhabitãs, & ſimiliter credit videlicet quaſi vnam animã habens,& vnum cor. Et conſonanter hoc prædicat,& docet & tradit,quaſi vnum poſsidens os. Nã & ſi in mũdo loquelæ diſsimiles ſunt: ſed tamẽ virtus traditionis vna, & eadẽ eſt. Neq; hæ quæ in Germania ſunt fundatæ Eccle. aliter credũt aut aliter tradũt. Neq; quæ in hyberis ſunt, neq; quę in celtis, neq; hæ:quæ ĩ oriẽte,deinde. Et neq; qui valde præualet in ſermone,ex his q̃ præſunt Eccleſiis, quàm hæc ſunt, dicet. Nemo

Quãtũ ad fidem & prædicationem Eccle. quaſi unã domũ in habitat, quaſi unam animã habet & cor unũ & os unũ, linguæ quidem diſſimiles, ſed uirtus traditiõis una.

enim ſuper magiſtrum eſt, hæc Irenæus.

Ex quibus manifeſte concluditur eos qui Eccleſiæ iuſſa ac conſuetudines aſpernantur non ſcriptas, Dei & apoſtolorum præcepta contemnere: quod non eis ſane cædet in bonum.

Cap. 5.

Feſta, feriarum ieiunia, ordines, benedictiones, officia Eccleſiæ, & ſimilia, reſpuunt omnino.

Vnde ortæ benedictiones in Eccl.



DE FESTIS & Ieiuniis dicetur inferius cap. 20. & 21. De benedictionibus autem, ordinibus, & officiis, pręſens erit ſermo. Benedixit Iſaac Iacob dicēs, det tibi Deus de rore cœli. Gene. 28. Ipſemet Iacob poſtea ſingulis filiis ſuis benedixit. Gene. 49. quodque magis penſandum. Num. 6. locutus eſt dominus ad Moyſem dicens, ſic benedicetis filiis Iſrael, benedicat tibi dominus, & cuſtodiat te, oſtendat tibi faciem ſuam.

Et in nouo teſtamento Luc. 2. cap. Et erat pater eius & mater mirantes ſuper his quæ dicebā tur de illo: & benedixit illis Symeō. Et itē Luc. 24. Ipſo die reſurrectionis, duobus euntibus in Emaus dum recūberet cum eis, accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis, & ſtatim aperti ſunt oculi eorum.

Quæ Eccle. ſacramēta figuram habuere in antiqua lege.

Quantum vero ad ordines ſciendum quædā nouæ legis ſacramenta habuiſſe figuralia ſacra-

menta in antiqua lege ſibi reſpondentia, ſicut baptiſmus circuncifionem de quibus apoſtolus ad col.2.circũciſi eſtis circũciſione domini noſtri Ieſu Chriſti, conſepulti ei in baptiſmo. Euchariſtiæ ſacramentum habuit agni paſcalis cõuiuium. Pœnitentiæ autem ſacramentum omnes veteris legis purificationes.

Ordinis ſacramentum figuram agnoſcit pontificis ac ſacerdotũ antiquę legis cõſecrationẽ.

Confirmatio vero quia plenitudinis legis ſacramẽtum eſt, nullum habere potuit in antiqua lege ſibi reſpondens ſacramentum: quod tempus plenitudinis nondum aduenifſet: ſicut nec extrema vnctio, quæ eſt quædam ad introitum gloriæ pręparatio, quæ gloria ãte Chriſti aduentum præparata non erat, præcio noſtræ redẽptionis nondum per ſoluto.

Matrimonium autem fuit quidem in veteri lege quatenus erat in officium naturæ, non tamen vt ſacramentum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ, quæ nondum facta fuerat.

Eccleſiaſti. officiorum figuræ.

De Eccleſiæ officiis pulchram habes, in antiqua lege figuram ex Dauidis ordinatione.1.Paralip.23.24.& 25.capitibus. Nihil igitur ab Eccleſia reiiciendum eſt eorum, quæ non ſine cauſa tanto ante tempore ex ſancti Spiritus inſtinctu nobis præſignata ac præoſtenſa fuiſſe monſtrantur.

Cap. 6.

Ecclesias consecratas, cimiteria; ac omnia talia dicunt pro auaritia solũ à clericis instituta, ut ea ad suũ quæstum reducant: ut à subditis hac occasione pecuniã & oblationes exquirant.

Quanta sacris templis reuerentia debeatur, colligitur.



ON licebat nisi paucis intrare in tabernaculũ, nec ipsius vasa cõtingere. Nume, 4. Reuersi de captiuitate Babilonica, prius cœperunt filii Israel templũ ædificare quàm muros ciuitatis. 1. Esdrę. 3. In quadragesimo à sua natiuitate die voluit dominus in templum deferri & ibidem offerri. Luc. 2.

De tẽplo ementes & vendentes eiecit Christus dicens: domus mea domus orationis vocabitur. Matthæi. 21.

Arguit etiam Pharisæos, qui dicebant aurum templi sanctius esse templo & altari aurum ipsum sanctificante. Matth. 23.

Angelus domini per noctem aperiens ianuam carceris, & abducens apostolos dixit. Ite & stãtes loquimini in templo omnia verba vitæ huius. Acto. 5. cap.

Commendatus est multum Enuchus ille cadacis reginę quod de Ethiopia ad templum hierosolymitanũ venerat adorationis gratia. vnde reuertendo fuit à Philipo iussu Spiritussancti baptisatus. Acto. 8.

Cum introisset Iesus in templum cœpit eiice

re vendentes & ementes,& non ſinebat vt quiſquam transferret vas per templum. Marci. 11. cap.Poſtremo Matth.4.dicitur.aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatē, & rurſus 27.cap. Exeuntes de monumento poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem. Si Ieruſalē ciuitas ſancta propter templum ſacrificiis de animalibus dicatum appellabatur: quanto nos ſanctiora templa noſtra habemus, in quibus ſacratiſsimum Chriſti corpus, conficitur & ſeruatur,vbi & ſacramenta ipſa,quibus certa peccatorum fit remiſsio, fidelibus chriſtianis ad miniſtrantur.

Propter quæ Iginius papa illius nominis primus teſte platina, inſtituit ne templa ſine celebratione dedicarentur:néve augerētur diminuerenturque ſine arbitratu metropolitani vel Epiſcopi.Vetuit item,ne tigna reliquáve materies ad ędificanda templa congeſta in prophanos vſus conuerteretur.

Idem etiam ſtatuit Calcedonenſe concilium ſexcentorum triginta Epiſcoporū, cap.24. dicens, quæ ſemel conſecrata fuerint monaſteria cum iudicio ſui Epiſcopi maneant perpetua, & pertinentes ad ea res conſeruari ipſis monaſteriis decernimus,nec vlterius poſſe ea fieri ſecularia habitacula.

De cimiteriis & ſepulchris.

De cimiteriis ac ſepulturis,habes primo Gene.23. Quomodo Abraham agrum emit ab Ephron,in quo erat ſpelunca duplex in ſepulturā Saræ vxoris ſuæ, quo in loco ſepeliri voluit Ia-

cob non in AEgypto. Gene. 49. cum esset eius
dem cum Abraham promissionis heres Moyses
quoque eandem ob causam tulit ossa Ioseph de
AEgypto id ipsum prius dum viueret requiren
tis. Exod. 13. David ipse multum commendauit
viros Iabet, quod iuxta Iudæorum ritum Saulis
& eius filiorũ cadauera in bello prostrata tradi-
derant sepulturæ. 1. Reg. 31. & scriptura Tho
biam celebrat de mortuorum etiam cum pro-
priæ vitæ periculo sepultura. Thob. 1. & 2. 4
autem cap. scribitur patris Thobiæ ad filium
admonitio ac mandatum de sua & vxoris sepul
tura. Venit Iudas Machabæus, vt in bello pro-
stratorum corpora tolleret, ac cum parentibus
in paternis sepulchris sepeliret. 2. Machab. 12.

In nouo quoque testamento: discipuli B. Ioã
nis baptistæ postquã ab Herode decollatus fuit
eius corpus honorifice sepelierunt. Matth. 14.
Et ipsemet Christus de sua curauit sepultura, cũ
ait mittens enim vnguẽtum hoc in corpus meũ
ad sepeliendum me fecit. Amẽ dico vobis, vbi-
cunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in
toto mundo, dicetur quod hęc fecit in memoriã
eius. Matth. 26. Postremo Acto. 8. Sepelierunt
Stephanum viri timorati & fecerunt planctum
magnum super eum.

Non igitur noua est templorum erectio ac eo-
rũdẽ pro diuino cultu dedicatio, nec sepulchro-
rum siue cimiteriorum pro in humandis fideliũ
corporibus, quæ dum viuerent templum erant
Spiritussancti benedictio. Nec sunt hæc omnia

vt dicunt heretici, sacerdotum auaritia recenter inuenta & instituta, vnde August. In Ioannē super illud, acceperunt ergo corpus Iesu & ligauerunt illud linteis cum aromatibus sicut mos est Iudæis sæpelire. Non mihi videtur, inquit, Euangelista frustra dicere voluisse, sicut mos est Iudęis sępelire. Ita quippe nisi fallor admonuit: in huiusmodi officiis quæ mortuis exhibentur, morem cuiusque gentis esse seruandum.

Tum primum hominem uerè baptisari dicunt, cum in eorum sectam fuerit inductus, quidam etiam eorum aiunt baptisma paruulis non ualere eo quòd nondum actualiter credere poßint. Cap. 7.



HVIVSCE Erroris prior pars, sicut nulli rationi innititur vel minimum apparenti: ita nulla confutatione īdigere videtur. Sed posterior quæ paruulos actu credere non valentes baptismi fructu perperā & contra scripturam ac generalium conciliorum determinationes priuare nititur: sic improbatur.

Nos inde nouę legis sacramenta veteris legis sacramentis perfectiora trahimus, quòd Christus nō legem soluturum venisse se dixit, sed impleturū, at circūsio ex patribus antiquis, à Moysi lege suscepta, octauo die paruulo actu credere non valenti & originale delebat & gratiam

conferebat: illud igitur idem etiam perfectius quo ad gratiam faciet baptiſmus ipſe, qui circũ ciſiòni ſucceſsit. Maximè cum illud ipſum & vſus Eccleſiæ & doctrina confirmet. Alioqui longe melius ac certius remedium contra originale peccatum in antiqua lege fuiſſet paruulis collatum, quàm in noua clamante. Niſi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, nõ poterit introire in regnũ cœlorum quod ſuperius adductis manifeſte repugnat.

Cur paruulo credere nõ ualenti deleatur originale p baptiſma.

Rationi enim & æquitati conſonũ eſt, vt qui ſine actu proprio in primis parẽtibus deliquit, omnes enim eramꝰ natura filii irę. Ephe. 2. quia peccãte primo homine, vitium pro natura inoleuit, idem ſine propria actuali in Deum conuerſione per Chriſti meritum & per fidem Eccleſiæ cui paruulum offerẽtium fides recte coniungi dicitur, reſurgat ĩ baptiſmo. Ad quod expreſſa eſt generalis conſilii Vienenſ. deciſio ſub Clemen. quinto, de ſumma trin. & fid. catho. cap. fidei catholicæ.

Baptiſma vnicum baptiſatos omnes in Chriſto regenerans eſt, & ſicut vnus Deus ac fides vnica ab omnibus fideliter confitendum, quod celebratum in aqua in nomine patris & filii & Spiritus ſancti, credimus eſſe tã adultis quàm paruulis communiter perfectum remedium ad ſalutem.

Paruulus ĩ baptiſ. p offerẽtes credit actualiter, & p ſe habitualiter.

Et ſi curioſius inquiras: quomodo ergo verum erit, quod à paruuli ſucceptore reſpondetur pro paruulo qui baptiſatur, quærenti ſacerdoti, cre-

dis in Deum? credo. Omnino ſane verum eſt, quod reſpondet ſucceptor ſiue offerētes qui par uuli vice reſpondēt, teſte Auguſt. lib. de peccatis & de meritis.

Mater, inquit, Eccleſia os maternum paruulis præbet, vt ſacris myſteriis imbuantur, quia nōdū poſſunt corde proprio credere ad iuſtitiā nec ore proprio confiteri ad ſalutem. Si autem propterea recte fideles vocantur, quoniam fidē per verba geſtantium quodam modo profitentur: cur etiam non pœnitentes habeantur, cū per eorūdem verba geſtantium diabolo & huic ſeculo abrenunciare monſtrentur? Et eadem ratione poſſunt dici intendentes, non per actum propriè intentionis, cum ipſi quandoque contra nitantur ac plorent, ſed per actum eorum à quibus offeruntur, hæc ille. Nec ſolum per ſucceptorem ſeu offerentes credit puer qui baptiſatur vſu rationis carens, ſed & propria fide habituali per baptiſmum infuſa. Alioqui diceres hominem Dei fidem & gratiam habentem, fidelē non eſſe: cum dormit, quia tunc actualiter non credit, habet tamen fidei ac gratiæ habitum in ſe, quod certe ſufficit, vt Deo gratus ſit ac fidelis dicatur.

Eccleſia os maternū p̄bet paruulis ad confitēdum, & cor ad credendum.

Sunt & alii extremę ac omnino contrariæ ſententiæ, qui contra apoſtoli ſententiam dicere non verentur tales paruulos abſque baptiſmo decedentes ex Dei tandem ſaluandos miſericordia, quod de abſoluta Dei potentia qui ſacramētis ſuam virtutem non allegauit, nemo inficia-

Pelagiana heræſis paruulos ſaluari ſine baptiſmo. decedentes.

tur:de lege tamen ordinata quantum ex ſcriptura colligi poteſt,nullus eorum ſaluatur. Imo oppoſitum aſſerere eſt hereſis Pelagiana. quamuis tales paruuli pœnam ſenſus,quæ tantum actuali reſpondet peccato,non patiantur, dicente Auguſt.to.3.de fide ad Petrum.cap.26. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, omnem hominē qui per concubitum viri & mulieris concipitur cum peccato originali naſci, impietati ſubditū, mortíque ſubiectum, & ob hoc natura iræ filiū naſci. Idem ſermone 10. de verbis apoſtoli.

Quid inquit, offers babtiſandum? quem? infantem,cui offers? Chriſto ei certe qui venit in mundum. Ita inquis, quare venit in mundum? peccatores ſaluos facere, ergo quem offers habet, quod in illo ſaluum fiat. Si dixeris, habet confitendo deles Si dixeris, non habet, negando tenes. hæc Auguſt. Cum quo & apoſtolo Roma.5. cap. ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatū mors in quo omnes peccauerunt,huius heræſis oppoſitum concludimus.

Cap.8. *Confirmationis ſacramentum reſpuunt, Sed magiſtri eorū manus imponunt diſcipulis uice illius ſacramēti.*



E POSTERIORI huius parte curandum non eſt: cum proprium ſit heræticis,ſemper peculiare quid inſtar veritatis effingere: vt quæ contra fidem effutiunt, recte ſemper ab eis dicta

fuisse videantur, Valdensibus consentit Lutherus. Negat enim confirmationem & gratiā conferre & sacramentum esse,

Cum audissēt apostoli qui erant Ierosolymis quia recepisset samaria Dei verbum: miserunt ad eos Petrum & Ioannem, vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat: sed tantum baptisati erant in nomine domini Iesu, tunc imponebant super eos manus, & accipiebant Spiritum sanctum Actuum octau.

Quid sibi vult quòd Spiritussanctus nondū in quenquem baptisatorum venerat?

An non dabatur etiam in baptismo Spiritussanctus? Dabatur certè sed non visibiliter sicut in confirmatione, quod in primitiua Ecclesia factum fuisse dicunt: ad plantandam fidem: maximè propter Iudæos, qui signa petūt, vt credant. vnde Acto. 19. cum Paulus quosdam discipulos tantum Ioānis baptismo baptisatos reperisset: illos Christi baptismo baptisauit, & deinde manus imposuit, id est illos confirmauit, & venit Spiritussanctus super illos, & loquebantur linguis, ac prophetabant. Hunc locum citat Hieron. aduersus Luciferia to. 2. in verę cōfirmationis argumentum: similiter & Chrysost. to. 3. in 19. Acto. cap. vbi dicit, vide quòd duplex donū fuerit, & linguæ & prophetiæ, & paulo pòst, dic oro, mihi: nónne exprobās Iudęis dicebat Christus, nisi videritis signa non creditis?

Quare Spiritussāctus nō dabatur uisibiliter in baptismo sicut in confirmatione in primitiua Eccle.


Cōfirmatio uerū Eccl. sacramētū.

Si igitur sibi sub aliquo sensibili signo gratia

confertur ab intendente ministro cum præscripta verborum forma, vt sit sacramentum Ecclesiæ, necesse est. cui si forma desit: sicut apud luciferianos, aut materia vel intensio, confirmatio non est quod putatur, sed abusus, qualis erat apud Valdensium magistros, qui Episcopi vsurpantes officium discipulis manus imponebant nostræ cõfirmationis vice quam plane negabãt.

De aliis vnctionibus regum, pontificum, tẽpli, altaris, baptisatorum habes plene in cap. cú venisset, de sacra vnctio. lib. 1. decretal.

Cap. 9. *Episcopos, & clericos, ad religiosos Ecclesiæ, dicunt esse scribas & pharisæos, & Apostolorũ persecutores.*



VONIAM se solos Apostolicos (certe ab vsurpato Apostolorũ officio) ac Christi Ecclesiã dictitant: Hierarchichum Ecclesiæ ordinem infamare nõ verentur, contra illud Exod. 22. Diis, id est sacerdotibus non detrahes, & principi populi tui non maledices. Et item illud, nolite tangere Christos meos, & in prophetis nolite malignari. Psal. 104.

Cap. 10. *Corpus Christi & sanguinem non credunt uerum esse sacramentum, sed panem benedictum: qui in figura quadam dicitur corpus Christi: sicut dicitur Petra autem erat Christus, & similia.*


VRMVRABANT autem Iudæi de illo, quia dixiſſet, ego sũ panis viuus qui de cœlo deſcendit. Reſpondit ergo Ieſus, & dixit eis. Nolite murmurare in inuicẽ. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum. Ioannis ſexto capitulo.

Vides quòd nemo ad filium venire poteſt per fidem huic etiam venerabili ſacramento credendo, niſi prius tractus fuerit à patre. De quo tractu Augu. de verbis apoſtoli ſermone 2. ſic ait. vbi credis, ibi venis. Quid ergo miraris? crede, & venis. Ama, & traheris. Sed ad eos redeamus.

Venire ad Chriſtum & trahi à patre.

Si vera eſſet eorum interpretatio hoc eſt corpus meũ, id eſt ſignificat corpus meũ, ſicut illud Apoſt. 1. Corinth. 10. Petra autẽ erat Chriſtus: non aliter certe Chriſtũ repræſentaret, aut contineret hic venerabilis panis poſt conſecrationis verba: quàm manna aut Petra illa Chriſtum in antiqua lege repræſentabat aut continebat. Huic autem manifeſte repugnat Chriſtus in litera dicens. Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit, non ſicut manducauerunt patres veſtri manna in deſerto & mortui ſunt, qui mãducat hunc panem, viuet in æternum.

Triplex Euchariſtiæ à manna differentia ex Euãgel.

Animaduerte igitur triplicem ex litera huius ſacri panis ab illo manna differentiã. Primo illud de cœlo, id eſt aere, vbi angelorum miniſterio formabatur iuxta illud panem angelorũ

manducauit homo, veniebat. Hic autem de ſinu patris de quo ipſemet ego exiui à patre, & veni in mundum, profectus eſt: quando verbum caro factum eſt.

Secundo, qui manna illud in deſerto mãducauerunt, mortui ſunt. non ſolum quia illorum ibidem proſtrata ſunt cadauera, teſte Paulo, ſed quia æterna etiam morte bona ex parte perierunt, dicente de illis Dauid. Quadraginta annis proximus fui generationi & dixi ſemper hi errant corde, & ſtatim, quibus iuraui. In ira mea ſi introibunt in requiem meam, ita exponente Paulo Hebr. 9. Quibus autem iurauit non introire in requiem ipſius, glo. æternam, niſi illis qui increduli fuerunt? Hic autem ſuper benedictus panis ab homine decenter manducatus eundem viuere facit propter Chriſtũ & hic per gratiam, & in futuro per æternam gloriã. Qui manducat me, inquit, ipſe viuet propter me, qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Tertio, quod iſte poſtea in nouiſsimo die ab illo ſit ſuſcitandus, qui enim, inquit, manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, non ait meæ (carnis aut ſanguinis figurã) habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Noli ergo, ô herætice tam amplis támq; diuerſis inter hunc ſacrum panẽ & illud mãna ſeu Petrã illam (idem enim eſt hic de vtroque iudicium (aſſignatis differẽtiis, tam impuro ore hoc venerabiliſsimum Euchariſtiæ ſacramentum

verè ac realiter sacrum Christi corpus & sanguinem continens, blasphemare polluere conculcare. Sed audi potius, si forte tandem resipiscere tantęque ingratitudinis maculam ab te repellere queas.

Caro mea vere est cibus, & sanguis, meus vere est potus, non, inquit Theop. dixit figura est carnis, sed caro.

Et ne quem conturbet, quòd credendus sit panis caro: etenim & in carne ambulāte domino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & similis fiebat sanctæ eius carni. Et nūc igitur panis in carnem domini mutatur: vt non abhorreamus ab eius esu, hæc Theop. cuius expositio doctis facit plane satis: propter tamen incredulos ex Euangelii litera tale trahi poteſt non futile argumentum.

Cur Eucharistia quæ prius panis fuerat caro appelletur à Christo de quo uide ānotationem fol. seq. 2. pag. 2.

Nihil idem esse poteſt respectu eiusdem veritas & figura, vt patet de pcussa Petra quæ Christi figura erat in cruce lancea percutiendi, de inde de emanante aqua, quæ aquæ de Christi latere quandoque profluxurę figura erat etiam non veritas. De manna quoque, & similibus, quæ iuxta apostolum illis in figura contingebant. Ergo nihil idem, vere ac figurate dici poteſt respectu eiusdem Christi caro, aut corpus Christi sanguis, ac potus. tenet consequentia per locum à casibus, antecedens autē manifestum est ex ipsomet Paulo. 1. Corinth. 10. Atqui Christus in ore cuius non est inuentum mendacium, dixit

Argu. probans realē Christi existentiam in Eucharistia

caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, & hoc est corpus meum, nõ ergo hoc quod in sacramento monstratur, corporis aut sanguinis figura est: sed solida & ex fide certa eorũdem veritas.

De hac apostolus. 1. Corint. 11. Dominus noster Iesus Christus in qua, inquit, nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit & dixit, accipite & manducate, hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Si igitur relatiuum, quod verum Christi corpus refert, non eius figuram, quæ certe pro nobis tradenda non fuerat, quare pro nomen hoc, non idem corpus demonstrabit, non eius figuram, nulla existente diuersitatis ratione vel causa? Et quòd hic verus huius scripturæ sensus: audi & Rupertũ in 6. cap. Ioannis.

Verba Christi de Eucharistia nude ut sonant & citra omnem similitudinis nebulã esse accipiẽda.

Nam quod solent facere dialectici aut philosophi, cum primarum quamlibet substantiarum designare volunt, verbi gratia. cum æquiuocationẽ determinantes contra argumentorum sophisticas importunitates dicunt. Alexandet rapuit helenam, cogimur enim nunc talium in tãto negocio meminisse nugarum: & sagittantes, paruulos repercutere sagittis paruulorum, cum inquam dicunt: Alexander rapuit Helenã: quoniam potest opponi, Alexãder, Philippi rex Macedo non rapuit Helenam: determinãtes dicũt. Alexander is, de quo nũc agitur, Troianus priami filius rapuit Helenam.

Hoc idem summa sapientia fecit. vbi osten-

dere voluit, quomodo carnem suam nobis ad manducandum dare possit: hoc est, inquit, corpus meum & addidit: quod pro vobis tradetur. Itē, hic est sanguis meus, & adiecit qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Totumque modum manducandi carnem suam, & bibendi sanguinem suum perscribens, hoc, inquit, facite in meam commemorationem.

Proinde cunctis figurarum vel similitudinū nebulis amotis, non corpus quodlibet, non corpus Christi, quod est Ecclesia, sed illud corpus domini, quod pro vobis traditum est, nos manducare, & illum sanguinem qui pro vobis fusus est in remissionem peccatorum, bibere: indubitanter credimus.

Nec enim differt, inquit, in culpa non credidisse, quòd manducantes de ligno scientiæ boni & mali nō morerentur: & non credere, quòd manducantes carnem meam & bibentes sanguinem meum ordine præscripto, ab eadem morte liberentur, hactenus Ruper.

AEqualis infidelitatis esse nō credere mādu cantes de ligno sciētiæ boni & mali morituros & non credere Eucharistiam māducātes ab eadem morte esse liberandos.

Eiusdem meminit Apostolus Hebr. 10. Vbi sacerdotii Christi supra Leuiticum excellentiā ostendit dicens. Habētes itaque fratres fiduciā in introitu sanctorum in sanguine Christi, quā initiauit nobis viam nouam & viuentē per velamen, id est carnem suam, & sacerdotem magnum, super domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, in verbo velamen, id est carnem suam, magister sententia. ita expo-

nit, quæ velata sumitur ĩ Eucharistia, quo quid clarius? quòd si hanc expositionem non recipis, & adhuc tergiuersaris, datu vbi & quò sensu melius dicatur sacra Christi caro velamen ita enim habet Paulus, nobis initians viam nouã, ac viuentem ad sanctorum introitum, per sacerdotem magnum, quem certe alium intelligere non potes, quam ipsum Christum, quem distincte, post carnis velamen non sine causa posuit Apostolus, eius similiter velamen, id est carnem non aliam dabis quã quæ sub panis ac vini speciebus à veris christianis velata sumitur & celebratur. Quãuis iuxta alteram eiusdem loci expositionem sacra Christi caro qua occultatur eius diuinitas velamen intelligi possit, prior tamen expositio, quæ Chrysostomi esse fertur, magis literæ congruit. Id quod & alio tibi modo ostendam, ex ipsius literæ circunstantia.

arg. ex Paulo de Eucharistia ex excellentia nouæ legis supra ueterẽ.

In eodẽ nanq; capite de trib9 illis sacerdotio sacerdote, ac sacerdotis hostia, nõ abs re meminit Paulus, per vni9 legis ad alterã cõparationẽ. Vt quemadmodum duo prima nouæ legis, sacerdotiũ & sacerdos, prima duo veteris incomparabiliter excedunt, ita sane & tertium eiusdem nouæ legis puta hostia, tertium veteris veluti figuram veritas multo anteire debet. Non solum in eo, quòd nuda & non velata sacra Christi caro ab ipsomet Christo Deo patri semel in ara crucis oblata est, ad multorum exhaurienda peccata, sed quod eadem caro iuxta Paulum velata à Christi ministris quotidie in prioris obla-

tionis memoriam, sic nec ipsemet faciendum instituit offeratur, vt continua ac perpetua nouæ legis oblatio, continuę olim veteris oblationi tanquam veritas suæ figuræ respondeat. Non sine magno sane debite offerentis ac recipientis diuinę gratiæ fœnore.

De hac oblatione pulchrè August. 10. lib. de Ciuit. cap. 20. per hoc, inquit, & sacerdos est ipse offerens, ipse & oblatio, cuius rei sacramentũ quotidianum esse voluit Ecclesiæ sacrificium, cũ ipsius ipse sit caput, & ipsius capitis, ipsa sit corp⁹, tam ipsa per ipsum, quàm ipse per ipsam suet⁹ offerri, pulchra hæc sane & apposita Christi similitudo & Ecclesiæ, quæ per ministrum sacerdotem, Christum in altaris mysterio offerentem, seipsam Deo quotidie propter Christi capitis ad sua memhra vnionem offerre creditur.

Et Christũ p Ecclesiam & cõtra Ecclesiam p Christũ offerri quotidie ꝓpter corpus mystici idẽtitatem.

Cęterum quoniam Eucharistiam tantummodo panem dicunt esse benedictum: ne forte cũ Christi corpore vel sine eo putent, panem qui præ fuerat, adhuc post verba consecrationis remanere, vel solum, vt volunt Valdenses cum Luthero, vel simul cum Christi corpore, sicut dicebat Ioannis Vuicleff.

Ostendamus ex Euangelistis post verba consecrationis panem minime remanere aut vinũ Matth. 26. Cænantibus eis, accepit Iesus panẽ & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait. Accipite & comedite, hoc est corp⁹ meũ. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes, hic est enim san-

Quod panis nõ remaneat aut uinũ in Eucharistia ex Euãgelistis colligitur.

guis meus noui teſtamenti,qui pro multis effun detur in remiſsionẽ peccatorum. Et Marc.14. Et manducantibus illis,accepit Ieſus panem & benedicens fregit & dedit eis,& ait,hoc eſt cor pus meum.Et accepto calice gratias agens dedit eis,& biberunt ex illo omnes, & ait eis, hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti,qui pro multis effundetur.Et Luc.22.Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens, hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis effundetur,hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquã cænauit dicens, hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo,qui pro vobis effundetur. Superuacaneũ fore videtur Paulum adducere idẽ omnino aſſerentem.1.Corinth.11.cap.

Ex his igitur talem nectimus ratiocinationẽ. Si poſt conſecrationis verba panis remaneret aut vinum (vt dicunt Valdẽſes & Lutherus) in alicuius trium Euangeliſtarum,aut in prædictis Pauli verbis ipſam conſecrationem nude exprimentibus, hoc venerabile ſacramentum panis vocaretur aut vinum, ſicut corpus & ſanguis: hoc autem euidenter eſt falſum, cum ibidem tantum corporis & ſanguinis non panis aut vini nomen audias & legas:falſum igitur eſt ibidẽ panem aut vinum poſt conſecrationem remanere.Nota eſt conſequẽtia cum minore. Et probatur maior.

Sicut enim cõſecrationis verba nihil falſum exprimere: ita nihil verum ibidem exprimen

dum ſupprimere & omittere debent. Atqui verba illa formæ in omnibus Euangeliſtis & Paulo ſolum Chriſti corpus & ſanguinē exprimūt, panem autem, aut vinum non exprimūt, ſed ſupprimunt, igitur poſt cōſecrationis verba ſolum Chriſti corpus & ſanguis ſine pane & vino ſub prioribus eorumdem ſpeciebus remanent. Si enim Chriſtus ex accepto pane & vino nullam omninò variationem feciſſet, ſed illa eadem immutata diſcipulis præbuiſſet, meritò dici poſſet panem & vinum ſuis porrexiſſe diſcipulis. Illi autem cum ſacramentum recipiunt: non panem audis aut vinum nominari, ſed tātum corpus & ſanguinem.

Idem ſenſit etiam Irenæus lib. 4. aduerſus heræ. valen. cap. 34. Quemadmodū enim qui eſt à terra panis percipiens vocationem Dei, iam nō communis panis eſt, ſed ex Euchariſtia ex duabus rebus conſtans terrena, ſpecies intellige, & cœleſti, ſic & corpora noſtra percipientia Euhariā iam non ſunt corruptibilia ſpem reſurrectionis habētia, itē lib. 5. circa principiū quādo ergo miſtus calix & factus panis pcipit verbum Dei: fit Euchariſtia corpis & ſāguinis Chriſti.

Quod autem dicunt Lutherus & eius diſcipuli, pluries alibi panem vocari hoc ſacramentum indéque colligunt, aut ibi panem eſſe, aut ipſum panem corpus Chriſti eſſe male certe colligunt. Ignorant enim ſacræ ſcripturæ conſuetudinem vt res aliqua eo appelletur nomine, quo res ex qua facta eſt, prius vocabatur. Nec

Scripturæ cōſuetudo, qua prioris ſubſtantiæ nōe ex qua res facta eſt

uocatur & ipsa ut caro panis dicitur quæ de panis alimonia coaluit per augmẽtũ, & carnis nomine intelligũtur & pisces iuxta apostolũ dicẽtẽ alia est caro pisciũ alia uolucriũ 1.cor.15.c.

propterea consequens esse, vnam rem aliam esse, sicut habes Exod.7. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone & seruis eius, quæ versa est in colubrum. Vocauit autem Pharao sapientes & maleficos & fecerunt etiam ipsi per incantationes AEgyptiaces, proiecerúntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones; sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.

En audis virgam Aaron primo in colubrum versam similiter & maleficorum virgas in dracones mutatas, virgas vocari: eo quód prius virgæ fuerant. Ita cum panis in sacrum Christi corpus transsubstantietur, ipsum corpus prioris quandóque substantiæ vocabulum nomenque retinet: & panis appellatur, veluti panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, & Apostolus panis quem frangimus: nónne participatio corporis domini est?

Neque hæc ratio nostram superiorem infirmat, qua ostendimus, in verbis consecrationis ab Euangelistis recitatis, panis vel vini nomen nequaquam interuenire quandoquidem sola illic exprimenda erat sacramenti veritas, de corpore & sanguine Christi: quæ duo illorum virtute verborũ ac ineffabili Dei potentia. Nouo quodam & inusitato essendi modo sub prioribus panis ac vini speciebus mirabiliter consistunt.

Eodem loquendi modo dicit August. sermone 28. de verbis domini, cum de sacramentis, inquit, tractarem: dixi vobis, quód ante verba

Chriſti, quod offertur, panis dicatur. vbi Chriſti verba deprompta fuerint: iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur, hæc ille.

mIn quibus verbis dici & appellari pro eſſe poſuit Auguſt. quod ad verba ipſa conſecrationis operatiua reſpiceret.

Dici & appellari pro eſſe poſuit Auguſt.

At de his hactenus, de quibus etiam inferius in 33. cap. de ſacrificio miſſæ.

Quidam autem dicunt tantum per bonos fieri, alij per omnes qui uerba conſecrationis ſciunt. Cap. 11.



VM nemo teſte Apoſtolo, ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo velut Aaron: nequis in poſterum tantum ſibi vſurparet dignitatis myſterium: dominus Ieſus, inquit ille. 1. Corinth. 11. In qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit, accipite & hoc facite in meam commemorationem. Et Matth. 26. cœnantibus autem eis, & deinde accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum.


Quibus, rogo, dicebat, accipite? quib⁹ & hoc facite? Id eſt faciẽdi poteſtatem ſumite. Id quod referunt & Lucas 22. cap. Nónne cœnantibus diſcipulis? hoc certe habet litera.

Iudas eſt & ſacerdos cũ aliis ordinatus & Euchariſtia donatus.

An Iudam Scarioth in cuius cor iam intrauerat diabolus, vt eum traderet Iudæis: ab hoc excludit officio? Et vnde hoc probes: cum Augu. to. 10. ad fratres in Heremo ſermone 25. dicat

eum Christi corpus simul accepisse cum aliis, & in sacerdotem consecratum fuisse? Non igitur solis bonis vt dicunt, aut omnibus verba cõsecrationis scientibus, hanc consecrandi potestatem tribuit, sed solis Christi discipulis & eorum successoribus. Id quod magis patebit sequẽti capite ad quod propterea propero.

Cap. 12. *Dicunt quòd peccator sacerdos non possit aliquem soluere & ligare, cũ ipse sit ligatus peccato, & quod quilibet bonus & sciens laycus possit alium soluere & pœnitentiam iniungere.*



VM iuxta sacros canones vna sit potestas de iure tãtum, vt qui ordinem sacrum symoniace suscipit, potestatem quidem recipit, sed non vsum saltem licitum: sicut nec occultus peccator Eucharistiam, quam publicè petit.

Alia est potestas facti tãtum. vt si degradatus attentet consecrare, vere de facto consecrat, licet sit ei prohibitum ac grauissime peccet.

Tertia est potestas iuris simul & facti vt si sacerdos existens in gratia subditum sibi rite confessum absoluat. Verum est quidem sacerdotẽ in mortali existentem nõ inuincibiliter ignorato non posse de iure alium sacramentaliter absoluere: cum ex hypothesi ministret indigne, si tamen absoluat: verè, ac de facto subditum ritè confessum absoluit, quãuis sic absoluendo pec-

cet. Vt verbi gratia, si quis tãtum pedes habeat ligatos, ille tamen suis manibus, alium ligatum etiam contra superioris mandatum soluere de facto, ac liberum à vinculis reddere potest, ita in proposito.

Quoniam sacramenta per quemcunque conferantur siue dignum siue indignum, non ministri nituntur merito, sed passionis Christi à qua cessante impedimento, suum semper sortiuntur effectum, dicente Paulo. 1. Corinth. 3. Neq; qui plãtat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

Sacramẽta nõ ministri sed Christi nituntur merito.

Item cum pro alieno peccato, nemo spiritualiter puniatur: si peccator suo cõfiteretur prælato: quẽ in mortali esse inuincibiliter ignorat: puniretur subditus spiritualiter sine sua culpa pro alterius peccato, magna siquidem pœna est eaque spiritualis, sui remissione peccati, & nouæ gratiæ infusione priuari, nec infans recens natus pro alieno peccato punitur spiritualiter, sed pro suo, in quo ex diuini statuti transgressione natus est, culpæ originali obnoxius, legi membrorum, ac aliis miseriis multis.

Nemo spiritualiter punitur pro alterius peccato.

Quod autem dicunt: quemlibet laycum scientem, & peccata remittere, & pœnitentiam iniũgere posse: vnde hoc habeant, nescio nisi forte, id trahere velint ex illo. 1. Petri. 2. Vos autẽ genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, loquitur communiter Petrus aduenis dispersionis ponthi Gallaciæ, cum autem dicantur ibi layci regale sacerdotium: propterea forte putant lay-

eos omnes sacerdotes esse & absoluere posse. At videāt, quæso, quid in eodē capite præmittatur. Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spirituales in sacerdotium sanctū, offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christū. Ecce quomodo vocantur regale sacerdotium siue sacerdotes, à spiritualibus hostiis Deo offerēdis, quæ sunt bona ac meritoria opera, ex fide spe ac charitate prodeuntia, quale sacerdotium omnibus Christi fidelib⁹ competere potest & debet, vt patebit inferius cap. 27. Vbi prædicta autoritas cum ea quæ habetur Apocal. 5. fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, explicabitur.

Vbi & quādo potestatem remittendi peccata cōtulerit Christus discipulis.

Hanc vero potestatem remittendi peccata cōtulit Christus suis discipulis post resurrectionē Ioan. 20. dicens quorum remiseritis peccata. Et ne omnibus, id liceat ostendit Apostolus ad titul. 1. dicens huius rei gratia reliqui te crete, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si enim absque tibi ordinatione & opera illud idem poterant qui ab eodem constituti fuerunt presbyteri: quid Titū Episcopum in id mumeris à Paulo institui oportebat, & cretę relinqui?

Habemus igitur qualiter soli Christi discipuli & eorum successores veræ ac æternæ pacis inter Deum & homines faciendo nuncii, cū ait, sicut misit me pater, & ego mitto vos, ac remissionis peccatorum ministri, cum dicit, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, mittebant-

tur à Christo, non layci illi hanc peccata remittendi potestatem & peccatores Deo per absolutionis sacramẽtum reconciliandi accipiebãt, non homines prophani.

Vnctionem extremam respuunt dicentes potius fore maledictiones quam sacramentum. Cap. 13.



VIC herẹsi concordat Lutherus, cui cum illud Iacobi quinto obiicitur, infirmatur quis in vobis, videns se conuinci, negat B. Iacobi Epistolam canonicam esse. Luthero, cũ vniuersali Ecclesia contradicit Hieronymus in Epistola ad Paulinum presbyterum, de omnibus diuinæ scripturæ libris, quẹ in principio Bibliæ ponitur.

Vtque adductam contra se autoritatem magis apparenter refellere videatur ille, dicit B. Iacobum sacramentum illud instituere non potuisse. Quasi vero illud à Christo institutum non fuerit, & à Iacobo promulgatum tantũ nõ institutum. cum etiam illud ortum habuerit à prima Apostolorum missione, de qua Marci. 6. Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum. Et paulo pòst, & exeuntes prædicabãt, vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos, & sanabantur. Huius sententiæ sunt Theop. B. Thomas, *Extrema unctio & à Christo instituta et à Iacobo promulgatam.*

& August.to.9.de visitatione infirmorum, lib. 2.cap. 4.dicens. Nec prætermittendum est illud Apostoli Iacobi præceptum, & paulo post, Ergo sic roges de te & ꝓ te fieri, sicut dicit Apostolus Iacobus, imo per apostolum suum dominus, ipsa videlicet olei sancti delibutio, intelligitur Spiritussancti typicalis vnctio, hæc ille.

Omnia ad sacramētū requisita cōtinet extrema unctio q̄ a B. Iacobo explicātur in litera cū dupli ci eius effectu.

In hoc autem sacramento ab Iacobo explicātur omnia, quæ ad verum Christi sacramentum pertinent. Minister cum dicit, inducat presbyteros Ecclesiæ, quod vocabulum non solum seniores, vt somniant herætici, significat, sed & Ecclesiæ sacerdotes quos additione nominis Ecclesia designauit, dicente Augu. lib.1. quęst. super Gen. cap. 7. Proinde omnis senex etiam presbyter nō ōnis presbyter etiā senex, rursus & Hiero. lib.2. in Esa.ca.3. Qui scierit ī scripturis sanctis presbyteros merito & sapientia eligi non ætate, qualis vero presbyter eligi debeat, plenissime scribit Paulus ad Thim.

Cur oleum oliuæ benedictū sine Balzamo est huius unctionis materia & nō cōfirmationis.

Huius sacramenti materia est oleū Oliuæ benedictum sine Balzamo, ad sacramenti confirmationis differentiam, Quod ex oleo & Balzamo misto cōficitur, estque Ecclesiā intrantiū sacramentum, quod intrātibus necessaria sit cōscientia, quæ in oleo intelligitur, & in Balzamo fama odorifera. Exeūtibus autē sufficit cōsciētia nitida, quę oleo benedicto designatur. Sacramenti formam aperit dicens. Orent super eum, quæ est hæc, per istam vnctionem & suam piissimam misericordiā indulgeat tibi Deus, quic-

uid deliquisti per visum, & similiter in aliis mẽris, applicatur vnctio ipsa, quæ cum recta ministri intentione in omni requisita sacramento: omnia ad verum Ecclesiæ sacramentum necessaria complectitur.

Neque omisit iste Apostolus duplicem in litera huius sacramenti effectum. Vnum regularẽ ac principaliter intẽtum, si sit in peccatis remittentur ei, alterum contingentem nec semper sequentem: & alleuiabit eum dominus, quantum scilicet ad corpus, quamuis vtrũque faciat Deus secundum S. Thom. cum dignus est ipse ægrotus, vel ei expedit. Iuxta illud psalmistę homines & iumẽta saluabis domine, id est animas & corpora. Quisquis igitur pertinaciter de extrema vnctione cõtra scripturam, & vsum vniuersalis sentit Ecclesiæ, merito heræticus censendus est.

Matrimonium dicunt fornicationem esse iuratam, nisi continenter uiuant. quaslibet aliàs immunditias magis licitas aiunt quàm coniugalem copulam. Cap. 14.

DE HVIVSMODI dicit Apost. 1. ad Thim. 4. Spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discendent quidam à fide attendentes erroribus & doctrinis dæmoniorũ in hypocrisi loquentium mẽdacium, & cauteriatam habentium conscientiam: & prohibentiũ nubere hæc Apostol. cuius vel sola sufficere debet autoritas.

Christus ante peccatũ autor matrimonii, idẽ & post peccatum defensor.

Huc accedit quòd Christus nuptiis interfuit Ioan. 2. ac omnium primum in eisdem signum edidit. quo nuptias licitas esse satis ostẽdit, quarum fuit ipse institutor & autor dicens primo crescite & multiplicamini, quod ne ad solũ innocentiæ statum referre velis: ipsemet eandem probãs institutionem post peccatum pharisæis quærentibus, an sibi quacunque ex causa vxorẽ dimittere liceret, respondit ac conclusit Christus, quos Deus coniunxit, homo non separet. Idem quoque quia ex eodem Spiritu sensit Paulus 1. Corinth. 7. Idẽ & Petrus 1. Petri 3. quod minime facerent, si nuptiæ licite non forent, August. super 1. ad Titum cap. qui dicit si acceperis vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccat, & quod vult, faciat non peccat, si nubat, satis declarat nuptias nullum esse peccatum, quod intelligendum est de his quibus prohibitum non est contrahere.

Valeant igitur qui contra scripturam separare nituntur, quos Deus coniunxit ac prohibuit ne separet homo.

Cap. 14.

Continentiam laudant, sed inurente libidine concedunt ei satisfieri debere quocunque modo turpi, exponentes illud Apostoli ad Corinth. Melius est nubere quàm uri, quòd melius sit quolibet actu turpi libidini satisfacere: quam in corde tentari. Sed hoc tenent valde occultum ne vilescant.



I QVIDAM fortis miles ciuitatis Dei, teste August. clamat, tẽta me Deus, & proba me, vre renes meos & cor meum. Si itẽ B. Iacobus in sua canonica dicit: Omne gaudium existimate fratres, cũ in varias tentationes incideritis: quo modo heretici continentiam laudantes, omne flagitium admitti ac committi debere contẽdũt insurgente carnis illecebra: vt ei potius satisfaciant, quam contra tentationem, quæ ad meriti augmẽtum nobis data est, viriliter dimicent, & vincant, quo iuxta Iacobum de victoria gaudeant ac postea coronentur?

Appetenda de carne uictoria.

De hac autem pugna carnis tandem post longam disceptationẽ & quærimoniam ita cõcludit Apostolus Rom. 7. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Et ne de tali pugna desperaremus sicut quidã qui eodem teste desperantes, siue, vt clarius dicam, indolentes tradiderunt se omni immunditiæ: huic malo statim conueniens post quæstionis responsionẽ, remedium aperit dicẽs. Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? id est mortalitatis, vt absorbeatur: quod mortale est à vita? Respondet gratia Dei per dominum nostrũ Iesum Christum.

Deinde in sequentis capitis initio concludẽs quæ in præcedente tractauerat, dixit. Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, qua-

ſi dicat, quamuis in carne militent, modo non vincantur per cõſenſum, nihil eſt damnationis.

De qua re pulchre Auguſt. de verbis Apoſtoli ſermone. 5. aliud eſt enim non concupiſcere, aliud poſt cõcupiſcẽtias ſuas nõ ire: nõ cõcupiſcere omnino pfecti eſt. poſt cõcupiſcẽtias ſuas nõ ire, repugnãtis eſt, luctãtis eſt, laborãtis eſt, vbi feruet pugna: quare deſperatur victoria? quãdo erit victoria? quãdo abſorbebitur mors in victoria, tunc enim vox erit triumphantis, nõ ſudor pugnantis. Et paulo poſt, non implet legem infirmitas mea, ſed legem laudat voluntas mea.

Quid enim lex dicit? non concupiſces, & ego nolo concupiſcere, & tamen concupiſco. quamuis concupiſcentiæ meæ aſſenſum nõ præbeam, reſiſto enim, auerto mentem, nego arma, teneo membra, & tamẽ fit in me quod nolo, nõ ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Libera eſt mens, caro captiua, hæc ille. In tali pugna propter Deum vita conſenſum: quid remanet niſi ex difficultate meritum? Propter quod idem Auguſtin. ſequenti ſermone ita concludit.

In carnis pugna caro ſerua mens domina, modo à Deo ſit adiuta.

Itaque concupiſcentia eſt carnis, & membra carnis, mens tamen quia dominatum habet: ſi tamen deſuper adiuuetur (ne cum ei multum cõtra gratiam damus, non regem, ſed tyrannum faciamus) plus habet iuris ad tenenda membra carnis, ne dentur in arma iniquitatis quam ipſa concupiſcentia carnis ad mouẽda membra carnis, hæc Augu.

Propterea ne in tali carnis pugna plus de nobis quàm de Deo cõfidamus: subdit idem Apostolus lex Spirit⁹ vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis.

Oremus igitur & nos, nõ ne tentemur vtque omnino tollatur stimulus carnis, cũ tẽtatione caceat nemo, sed ne in tentationem inferamur, id est ne vincamur, quod nos orare docuit Christus Matth. 5. dicens. Et ne nos inducas in tẽtationem. Iuxta quod interprætandus venit locus ille Pauli. *Orãdũ, nõ ne tẽtemur sed ne à tentatione uincamur.*

Melius est nubere quam vri, quod melius sit matrimonium contrahere, cui prohibitum non est quam vri, id est quam carnis tentationi succumbere per consensum. *Melius nubere quam uri, qui intelligatur.*

Itaque cum fortis ac pene ineuitabilis sit hæc pugna primorum culpa parentum quandoque & nostra & ad exercitium nostrum nobis congenita: nos spe præmii allecti de necessitate virtutem faciamus & coronam. Vbi enim pugna non est: nec victoria, cum deest victoria abest & corona, teste Chryso. to. 5. sermone 6. de martyribns imitandis. vnde tu christianus delicatus es miles: si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. *Quõ fiat de necessitate uirtus.*

Asserunt illicitum esse omne iuramentum, inde uero & peccatum mortale, sed dispensant ut iuret quis pro euadenda corporis morte, ne alios prodat ac secretum reuelet perfidiæ suæ dicunt esse crimen inexpiabile & peccatum in Spiritum sanctũ prodere hæraticũ. Cap. 16.



DOMIVNM Deum tuum adorabis & illi soli seruies ac per nomen illius iurabis. Deut.6. idē 10. cap. Sed quia dicere possent hoc Iudæis pmissum fuisse in antiqua lege ad vitandam Idololatriam: christianis autē omnino prohibitum fuisse per Christum dicentem Matth.5. ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cœlum quia tronus Dei est. sit autem sermo vester est est, non non, quod autem his abūdantius est à malo est. Idem habet B. Iacobus 5. cap. suæ canonicæ, dicens. ante omnia fratres mei nolite iurare, neque per cœlum &c. Ex his concludunt omne iuramentum esse illicitum.

Hereticorū euasiones de nunquam iurādo cū earū impugnationibus ex scriptura.

Ostendamus igitur ex aliis scripturæ locis harum Christi & Iacobi autoritatum longe aliam esse intelligentiam. Primo Deus iurasse legitur Gen. 22. Per memetipsum iuraui, dixit dominus ad Abraham, quia fecisti hanc rem, benedicā tibi. Huic autoritati & similibus forte dixerint potest quidē iurare Deus, quia verax est omnis autem homo mendax propter quod iurare non debet homo. At Paulus pluries iurasse legitur. Rom.1. Ego autem testem Deū inuoco. In animam meam, & 2. Corinth. 2. ad Philip. 1.

Si dicas iterum, Paulum hominem purum iurasse quidem, non tamen mentiri potuisse in suis Epistolis Spiritu sancto ipsum dirigente,

non ita esse de aliis hominibus qui sæpe mentiũtur ac peierant. Cur igitur ipsemet Paulus Hebr.6. De illis aliis hominibus qui sæpe peierant exemplum adducit, cum ait, homines enim per maiorem sui iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentum? quod tantum abest vt repræhendat, vt tanquã celebre ac memorabile factum inducat ad ostendendam diuinæ promissionis factæ Abrahæ firmitatem.

Et expresse Esaiæ 46. In memetipso iuraui. Egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua, vbi Hiero. sed & hoc iurat quòd Idolis relictis omne genu ei flectatur cœlestium terrestrium & infernorum, & omnis per illum iuret lingua mortalium. In quo perspicue significatur populus christianus, hæc Hieron. & Aug. super illud psal. 31. sicut iurauit domino votũ vouit Deo Iacob. Nihil inquit, gratius possumus Deo offerre: quàm iure iurare, est autem iurare firmè promittere.

Idem sermone 28. de verbis Apostoli. Si peccatum esset iuratio, nec in veteri lege diceretur, non periurabis, reddes autem domino iusiurandum tuum, & habetur 22.q.1.cap. si peccatum.

Beatus quoque Bernardus super cantica sermone 66. Hanc eandem heræsim suo iam tempore vigentem ita refellit. Patet vos & superstitiose obseruare de iuramento, & flagitiose præsumere de periurio. O peruersitatẽ? quod ad cau

telam consultum est, videlicet non iurare, hoc illi mádati vice tam superstitiose obseruant, & quod immobili iure sancitum est, nonpeierandum scilicet, hoc tanquam indifferens pro voluntate dispensant.

Restat igitur vt nec Christum dominum nec eius apostolum Iacobum iuramentum prohibuisse dicas, tanquam malum & illicitum, sed tantum iurandi consuetudinem interdixisse vel potius homines ne facile iurent monuisse, ob periurii in quod proni sunt ex iurandi consuetu dine, periculũ, dicente Christo. Quod autẽ his abundantius est, à malo est, nõ quidẽ iurãtis, sed iuramẽtũ requirẽtis, quódq; sibi vtile aut necessarium est ad salutem, aliàs credere nõ volentis.

Iurandi cõsuetudo per scripturam prohibita.

De hac autẽ praua iurandi consuetudine scribitur Ecclesiastici 23. cap. iurationi non assuescat os tuum. & paulò post sicut seruus flagellatus assidue à liuore nõ minuitur, sic õnis iurãs ac negocians à peccato nõ purgabitur, duo hæc iurãs & negociãs coniunxit scriptura, quod negocians sæpissime iuret, ac peieret sæpe. Vnde Augu. in consulta. ad Hylarium. Multo enim tutius, vt dixi, quantum ad nos attinet nunquã iuramus, vt sit in ore nostro est est, non non, sicut dominus monet. non quia peccatum est verum iurare, sed quia grauissimum peccatum est falsum iurare. In quo citius cadit, qui consueuit iurare, hæc ille. Ex his satis perspicua est de christiano iurandi modo veritas.

Dicunt non licere occidere malefactores per iudiciū seculare, tradunt alii quod animalia bruta occidere cum liceat ut pisces & huiusmodi. *Cap.17.*



PROPTER vituli adorationem Moyses cum filiis Leui interfecit vno die de populo quasi tria milia. Exod.32. Iussit dominus puerum blasphemum extra castra educi & lapidari. Leuit.24. ligna colligens in sabbato fuit Dei mandato lapidatus à populo Numer.15. Acham quia de Anathemate Hieryco abstulerat, occisus est à populo Iosue 7. Scribitur Exod.22. Non patieris maleficos viuere.


Quòd malefactores ex utroque testamento quādo quae ueniant occidendi.

In nouo autem testamento Paulus Rom.13. de sublimiori potestate loquēs, si malefeceris, inquit, time, non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est vindex in iram ei, qui male agit. Ananias & Saphira eius vxor quia de agri præcio defraudauerant mortis sententia dānati sunt à Petro Apostolo Actor. quinto.

Neque enim præcepto illo non occides, omnis occisio prohibita est: sed ea dūtaxat quæ priuata & non publica fit autoritate, de qua Hieron. super 22. cap. Hierem. Homicidas & sacrilegos, & venenarios, punire nō est effusio sanguinis, sed legum ministerium, cum autem dicunt bruta etiam animalia occidi non debere, attendant illi, quod post diluuium dicit Deus, Gene.9. omne quod mouetur, & viuit, erit vo-

bis in cibum, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto quod carnẽ cum ſanguine non comederitis. Et Paulus 1. ad Corinth. 10. Omne quod in macello venit, manducate. Nempe animalium carnes, quæ ſi occidi, vt dicunt, non liceret: eorum carnes comedi Paulus non concederet: aut ſaltem eorum occiſionẽ ſine qua carnes illę non veneunt, nec comeduntur, non taceret: ſed apprimè repræhenderet.

Cap. 18. *Dicunt non eſſe purgatorium, ſed omnes morientes ſtatim tranſire in cœlum uel in infernum. Ideo ſuffragia pro defunctis ab Eccleſia facta aſſerũt nõ prodeſſe. Cũ in cœlo nõ indigeant, & in inferno exiſtentes nullatenus adiuuentur. unde dicunt quod oblationes pro defunctis factæ proſint clericis qui comedunt: non animabus quæ huiuſmodi non utuntur.*



SI DEFVNCTI ſuffragiis in cœlo non indigeant, nec iuuentur in inferno, vnde conſequẽs eſt purgatorium non eſſe? ſicut ſublato per eos purgatorio, bene inferunt defunctorum animas non indigere ſuffragiis, at ſicut hereticũ eſt quod illi inferunt: ita & id ex quo illud colligũt.

Pœnã hic uel ĩ purgatorio exoluẽdã remanere poſt remiſſã culpã

Diſcant igitur primo ac intelligant poſt hic remiſſam mortalem culpam, hominem ſæpe remanere obligatum ad aliquam pœnam vel hic vel in futuro ſeculo exoluẽdam. Vt patet de Dauide 2. Reg. 12 Qui à Nathã propheta de Vriæ

homicidio & Belzabeæ adulterio repræhensus ac deprçhensus statim corde compunctus dixit. Peccaui domino, dixitque Nathan ad Dauid. Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris, ecce culpæ remissio. Sequitur in litera de remanente adhuc peccati pœna. Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen domini, propter verbum hoc: filius qui natus est tibi, morte morietur. Magni sane pretii ac æstimationis erat tunc temporis apud Dauid illius filii vita, pro quo septem cum ieiunio dies in terra iacuerat, si forte sibi daretur à domino, ac relĩqueretur in vita, putabat meo iudicio, sententiam de pueri morte tantum esse comminatoriam. Item Iob. 14. signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam, vbi glo. curat, quia hic per flagella funditus relaxat. Dicente Aug. to. 10. In die cõmemoratiõis animarũ sermone de illis 4. Illi vero qui quamuis capitalia crimina non admittant, & ad perpetranda minuta peccata sunt faciles, & ad redimenda sunt negligentes, ad vitam æternam pro eo quod in Christum crediderunt, & capitalia peccata non admiserunt, venturi sunt. Sed prius in hoc seculo per Dei iustitiam vel misericordiam amarissimis tribulationibus sunt coquendi, aut per multas elemosinas & Dei misericordiam liberandi, aut certe illo igne purgatorio, de quo dicit Apostolus, longo tempore cruciandi, vt ad vitam æternam sine macula & ruga perueniant, stat igitur imò sæpissimè

contingit:hominem post hic remissam culpam mortalem aut venialem nondum tota per eum exoluta hic pœna,ex hac vita migrare in gratia: quo admisso, neque id inficiari potes. Quæro ex te vbi nam reliquam hãc pœnam exoluet? non certe in inferno, cum in gratia decesserit. Neque in paradiso, Apocal.14. A modo dicit Spiritus,id est Deus,vt requiescant à laboribus suis,de beatis loquẽs,& 7.cap. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Neque enim stare potest summum beati gaudium cum aliqua temporali pœna vel momentanea.

Argu.à sufficienti diuisione negatiuè.

Neque expiari dicetur talis pœna ipsa corporali morte cum ea sit communis sine pœnę & cũ pœnæ obligatione decedentibus, cum igitur nullum sit tandem malum impunitum sicut nec bonum irremuneratum, Necesse fuerit eum in aliquo tertio loco post mortem puniri,quem recte purgatorium vocant,quod scilicet animæ illic ab omni reatu pœnę ac scoria peccati purgẽtur antequã in æterna recipiantur tabernacula.

Cõmũia scripturæ loca purgatoriũ probantia quibus adduntur alia quatuor.

Id quod ex ipsa tibi scriptura monstrabimus, prætermissis etiam locis id ipsum communiter probantibus, videlicet Matth.12. qui peccauerit in spiritum sanctum,1. Corinth.3. de superædificantibus super fundamentum Christum, & 2.Macha.12. de Iudæ Machabæi oblatione in Ierusalem. Proferam itaque alia quatuor scripturæ loca. Primus est Thobiæ.4. Dicebat enim Thobias pater iam morti propinquus, Thobiæ filio suo panem tuum & vinum tuum

ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, recte Thobias. Si enim mortu⁹ ac ſepult⁹ eſt iuſtus: nõ eſt certe in inferno, vbi etiam non prodeſſet oblatio. Si in cœlo: quid panis ac vini oblatione opus eſt ſuper eius ſepulturam, cum minime indigeat?

Nec dicere potes cum Auguſtino: pro illo fore gratiarum actiones vt ſtatim patebit, quod tamē propter præſentis ſaluationis dubium recte à nobis fieri poteſt, cũ aliàs purgatoriis pœnis detineri queat: quē nos iam beatum putamus, propter quod ſuper iuſti ſepulturam oblationes facimus, de præſenti eius ſalute incerti. Sublato autem per te purgatorio, quid tali oblatione panis & vini ſuper ſua iam certo ſaluatus ſepultura iuſtus indiget, quæ duo tu ſoli ſacerdoti prodeſſe affirmas? cumque Deo corde & ore vbivis loci de præſenti eius ſalute gratiæ agi vel haberi poſsint: tamen panem & vinum offerri iubet Thobias ſuper iuſti ſepulturam, quod certe non faceret, ſi cum plena ac perfecta iuſtitia ſine vlla pœnę obligatione iuſtus ille deceſsiſſet. Et ita ſemper iuſtus decedens migraret nullo indigens ſuffragio poſt mortem. Suffragiũ enim de ſui ratione quandam auxiliationem importat: quæ ſoli indigenti & ei qui defectum patitur, conuenit. Beatus autē eſt, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. Vnde licet meritoriis viuentium operibus accidentale beatorum gaudium creſcat: non tamen propterea bona viuorũ opera ſuffragia beatorũ dicũtur ſicut defunctorum. Secundus locus eſt Luc. 16. cap. Faci *Quid ſuffragium importet.*

te vobis amicos de mammona iniquitatis vt cũ defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacula: hic locus intelligi non potest de eleemosinis in mortali peccato factis: cũ ille inter opera mortua deputentur: teste Chrysost. to. 4. Hunc locum citante in primum caput Epist. ad Hebr. Apparet igitur, inquit, quoniam non ipsa amicitia pauperum patrocinabitur, si bona opera nõ habeamus, hæc ille. Et tamen bonum opus in mortali factum, bene prodest ad bonum aliquod temporale, quamuis non æternum, Vt patet de Nabuchodonosor Ezech. 29. cui pro labore suo contra Tyrũ data fuit à Deo AEgyptus in mercedem, locus ergo iste intelligitur de facientibus sibi tales amicos in statu gratiæ. In qua quamdiu perseuerat homo: ab æternis tabernaculis non deficit, nisi forte ratione alicuius pœnę suis peccatis debitę ipsumque ne illuc continuo post mortem recipiatur remorantis, propter quod hũc locum exponit Lyra, vt cum defeceritis scilicet à præsenti vita. Damnatis prodesse nõ possunt tales eleemosinæ, neque saluatis ad hoc, vt in æterna tabernacula recipiantur, cum eo iam peruenerint, ergo tãtum his qui in purgatorio reseruãtur, patrocinari poterunt quo citius euolent. Tertius verò locus est 1. Ioan. 5. cap. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem: petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem, est peccatum, ad mortem non dico, vt pro illo roget quis, en duplex in litera peccatum vnũ pro quo orari vult à fra-

Bonũ opus ĩ mortali factũ ad quid prosit.

Quod peccatũ ad mortẽ & quod nõ ad mortem.

tre eius qui peccauit non ad mortem. Alterum ad mortem pro quo non vult Ioannes orationẽ fundi à fratre peccãtis, i. à christiano. Ex hoc loco talem formo rationem. Pro omni viatore mortaliter peccãte peccato quocunque grauissimo, etiam in Spiritum sanctum, vel cõtra nos ipsos, quamdiu viuit, qui peccauit: orare possumus & debemus; tum ex Christi doctrina dicentis, orate pro persequentibus & calumniantib⁹ vos, & rursus orate pro inuicem, vt saluemini, tum ex eiusdem ac Stephani protomartyris exẽplo qui pro suis ille crucifixoribus, hic lapidatoribus Deum depræcabantur in morte. Nisi forte, id Deus prohiberet, sicut fecit Hierem. cap. 7. dicẽs. Noli orare pro populo hoc, ergo locus hic B. Ioannis de viatore mortaliter peccãte & adhuc in præsenti vita remanente intelligi non debet, alioqui & doctrinæ Christi contrairet & exẽplo, imò cũ præcepto de proximi dilectione pugnaret: si pro tali orare nõ liceret. De illo igitur accipi & intelligi debet, qui post mortale commissum, & in eodem non dimisso moritur, quod scilicet ait, non pro illo dico vt roget quis. Nempe quòd oratio pro eo qui cum mortali decedit fusa nõ ei prosit ad salutem. Huius sententiæ est glos. interli. dicens. Quod in hac vita non corrigitur, eius venia post mortem frustra postulatur, Idem lyra. Idem quoque sentit Aug. to. 7. de correct. & gratia. cap. 12. dicens. De quo peccato, quoniã non expressum est, possunt multa & diuersa sentiri. Ego autẽ dico. Id

esse peccatum, fidem quæ per dilectionem operatur, deserere vsque ad mortem, hæc ille. Itaque si posterior autoritatis pars demortuo in mortali pro quo orandum non est intelligitur, & prior de mortuo in gratia pro quo sit orandũ debet intelligi, valde enĩ alienũ videretur, quod vna de mortuo tantum & altera eiusdem breuissimę autoritatis pars de solo viuente interpraetari debeat, nulla subsistente diuersitatis ratione vel causa. Atqui posterior pars de mortuo tantũ accipi debet, vt patuit, ergo & prior etiam pars de mortuo, qui tantum cum veniali quod non est ad mortem vel cum pœna ex mortali quo ad culpam dimisso remanente, decessit, erit intelligenda. vnde in litera dicitur. quod dabitur ei vita scilicet maior secu ndũ Primasium B. Augustini discipulum peccanti nõ ad mortem, vel dabitur ei vita auferẽdo occasionẽ veniale scilicet quod occasionaliter ducit ad mortem hæc ille. Ex quo sequitur primo quod oratio ꝓ defunctis in gratia & ad pœnã obligatis facta eisdẽ ꝓdest, alioqui cur talem peccatorum distinctionem fecisset B. Ioãnes. Secundo sequitur tales defunctos viatorum suffragiis indigentes in inferno non esse neque in paradiso (neque cum baptisati sint) in puerorũ limbo, ergo sunt in purgatorio, tenet consequentia per locum à sufficienti diuisione negatiue. Cum nũc post mortem alia loca non sint defunctorum animabus deputata Christo sua gloriosissima morte sinum Abrahæ euacuãte & captiuam secum in cœlum cap-

tiuitatem ducente. Quartus ſcripturæ locus eſt Apocal.5.cap.Et omnem creaturam quæ in cœlo eſt,& quæ ſuper terram,& ſubtus terram, & mare, & quæ in eo ſunt,omnes audiui dicentes,ſedenti in trono & agno benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum. Vbi Primaſius omnia enim quæ vniuerſis com petunt creaturis,inueniuntur in homine eſſe, vi uere,moueri,ſentire,intelligere, ergo & hic om nem creaturam dicit omne humanum genus,ſicut Apoſtolus Paulus. Nam & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei, hæc ille. Per omnem autẽ creaturam quæ ſubtus terrã eſt. Nec mare nec quæ in eo ſunt, intelligere potes, cum ſeorſim ſtatim mare exprimatur & quæ in eo ſunt.

Quæ ergo creatura eſt ſubtus terrã, quæ benedictionem honorem ,gloriam & poteſtatem in ſecula ſeculorum optet ac decantet ſedenti in trono, id eſt Deo patri, & agno id eſt filio. Non dãnati,quia non infernus con fitebitur tibi,neque mors laudabit te Eſaiæ 38. & pſalm.6.In inferno autem quis confitebitur tibi?confeſsione ſcilicet laudis.q.d. nullus.

Neque item paruuli ſine baptiſmo decedẽtes, qui tantum naturalem de Deo cognitionem ha bent,non fidei, vt ipſi Deo tanta ac talia decan tare valeant,alioqui non tantum pœnam damni:ſed & ſenſus paterentur: ſi ſcilicet ſe ad tale tantumque beatitudinis bonum natos eſſe, & eodem priuatos cognoſcerent. Ex fide, ad il-

Fides supra naturā maxima dāna torū pœna.

lud enim non se extēdit naturalis eorum cognitio cum fides sit supra naturam. Maxima nāque fertur damnatorum pœna. Vt cū illi ad fruendū Deo sese creatos ac redēptos fuisse intelligant, tamen illo tanto bono sua culpa priuati, perpetuis in tormentis iuxta culpæ exigentiam detineantur, de qua Esaiæ 66. vermis eorum non morietur, de pœna autem sensus, & ignis eorum non exstinguetur. Igitur necessum est fateri voces Deum tāto præconio efferentium, eorum tantum esse, qui in Dei amicitia cum tēporalis pœnæ obligatione decesserunt è vita, quique purgatorii (quod sub terra est) pœnas æquanimiter quia diuinæ concordes voluntati substinēt, Amicorum vero ope ac communibus Ecclesiæ suffragiis liberationem expectāt, dicēte Greg. lib. 4. dialog, Nullus subtus terram dignus inuentus est, quia neque animæ corpore exutę aperire nobis præter dominum sacri eloquii secreta potuerunt. Illud idem confirmat B. Dionys. 7. cap. Ecclesiasticæ Hierach. dicēs. Ex Ecclesiastica traditione (haud dubie Apostolorum quibus erat contemporanens, sancitū esse atque receptū. Quod orationes pro defunctis in sancto altaris mysterio fierent, Eisque magnopere prodessent huiusmodi viuentiū piæ supplicationes. Idē quoque Isido lib. 1. de Origine officiorum dicens, sacrificium pro defunctorum requie offerre, quia per totū orbem custoditur: credimus ab ipsis Apostolis esse traditum. Idem & August. de verbis apostoli ser-

mone 32. Orationibus verò sanctæ Ecclesiæ & sacrificio salutari, & eleemosynis quæ pro eorũ spiritibus erogantur non est dubitandum mortuos iuuari, vt cum eis misericordius agatur à domino, quam eorum peccata meruerunt.

Idem lib. 50. Homil. ho. 16. hi verò qui temporalibus pœnis digna gesserunt: de quibus Apostolus dicit, si cuius opus arserit, detrimentũ patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Per fluuium igneum (de quo prophe ticus sermo commemorat) nempe Daniel. 7. cap. dicẽs. Et fluuius igneus rapidusque ęgredie batur à facie eius, & vada feruẽtibus globis hor renda transibunt. Quanta fuerit peccati materia: tanta & pertranseundi mora. Quantum exegerit culpa: tantum sibi ex homine vendicabit quædam flammæ rationabilis disciplina. Et quantum stulta iniquitas suggesserit: tantũ sapiens pœna deseuiet, hæc Augustinus.

Vnde mẽsurandus pœnæ purgatoriæ modus.

Ex quibus omnibus semper manet integra fidei regula de purgatorio vltra communes autoritates idem probare solitas & cabaliis explicatas, & vltra infallibilem Ecclesiæ traditionem defunctorum suffragia pie ac religiose semper celebrantis. Quare vel resipiscant & vnũ post mortem purgatoriũ credant herætici, vel ꝓ purgatorio, siquidem id pertinaciter negare pergant, perpetuos in inferno, quem nobiscum fatetur, cruciatus sese perpessuros esse non dubitent.

Cap.19. *Dicunt etiam quod sancti in cœlo non audiunt orationes fidelium, nec uenerationes sanctorum quibus eos ueneramur, attendunt arguẽtes, cum corpora hic mortua iaceant: & Spiritus tam remoti sunt à nobis in cœlo: nullo modo ualent orationes nostras auditu percipere uel uisu. Aiunt etiam sanctos non orare pro nobis, & ideo non oportere eorum suffragia implorare: quia absorpti gaudio cœlesti, non possunt nobis intendere, nec aliquid aliud curare, ex quo derident solemnitates & alia quibus eos honoramus.*



VID est, inquit Augustin. quod non vident beati in verbo omnia quæ vult eis reuelante & monstrante? Omnia siquidem videntẽ vidẽt, omnia audiẽtem intelligunt, ac indefatigabiliter contemplantur.

Helisæus licet absens Gyesi accipientẽ munera uidit. Helisæus ꝓpheta adhuc viator Gyesi discipulum munera à Naaman Cyro accipientẽ quamuis absens vidit. Dicebat enim 4. Reg. 5. cap. Nónne cor meum in præsenti erat, quando conuersus est homo de curru in occursum tui? propter quod eundem Naaman Lepra percussit. Et tu dicis sanctos incircum scriptum Dei lumen videntes, orationes fidelium nõ audire, nõ videre, non attendere, cum dicat, idẽ Augu. 2. de ciuita. lib. cap. 22. Si hæc prophetæ nondum facta nosse potuerunt, per hoc quod Deus quãtulũcunque erat in eorum mentibus, quomodo

immortales sancti iam facta tunc nescient cum Deus erit omnia in omnibus? Quod sancti Deum orent pro nobis in patria, quandoquidē id negant, non solum Valdenses, sed & vigilantius, Ioannes Vuicleff, Ioannes Hus, OEcolamdius, Lutherus, & alii complures ante Lutherū: sicut Bohemi, sic probatur. Exod. 32. Orauit Moyses pro populo propter peccatū vituli dicens. Cur domine irascitur furor tuus? quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Et paulo post, recordare Abraham Isaac & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum. Sequitur in litera placatusque est dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Vide Moysem Deū orantem per trium illorum patriarcharum merita multo ante defunctorum adhucque in limbo patrum existentium exauditum fuisse. Et si illi met Deum orassent pro Israel putas eos non impetraturos fuisse, cum Moyses illorum virtute meritorum exauditus fuerit? Quid igitur de beatis in cœlo triumphantibus cēsendum erit? Iacob⁹ suum condens testamentum dicebat. Deus benedicat pueris istis (Ephraim & Manasse filiis Ioseph) inuocetur super eos nomen meum & nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac. Gene. 48. Quid est autem nomina Abraham Isaac & Iacob super pueros illos inuocare, nisi eos vt pueris apud Deum patrocinentur, orare? defuncti tunc erant Abrahā & Isaac, quando hæc dicebat Iacob. Daniel. 3.

Quod sancti pro uiatoribus orent.

orabat Azarias dicens. Ne dissipes testamentũ tuũ, neq; auferas misericordiã tuã à nobis propter Abraham dilectum tuum, Isaac seruũ tuũ & Israel sanctum tuum quibus locutus es. Statímque exauditus fuit Azarias, & Iob 5. cap. voca, si est qui tibi respondeat & ad aliquem sanctorum conuertere. Et Exod. 32. Dimitte me, inquit Deꝰ ad Moysem, vt irascatur furor meꝰ contra eos, quem locum interpraetatus August. lib. 2. quaest. super Exod. cap. 149. Dimitte me, inquit, ac si diceretur. Noli eos diligere, & conteram eos, quia ne id faciam, dilectio tua in eos, intercedit mihi. In his verbis significat Deus plurimũ prodesse illi populo quia sic ab illo viro diligebatur, quem sic Deus diligebat, vt eo modo admoneremur: cum merita nostra nos grauassent, ne diligamur à deo: releuari nos apud eum illorum meritis posse: quos Deus diligit, haec August. Et Esaiae 37. Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam propter Dauid seruum meum. Vbi Chrysost. In expositione psal. 50. Homil. 2. Dauid mortuus est, & merita eius vigent. O rem admirabilem? O ineffabilis clementia Dei? homo mortuus viuo patrocinatur. O iustorum & post consummationem inexpugnabilis pugna virorũ. Pro his omnibus gratias agamus Deo, & tales nos exhibeamus, in hac vita: quo possimus inuenire requiem sempiternam cum sanctis, haec ille. Accedat & alius scripturae locus quem ad idem probandum adducit Origenes teste Hieron. eius interprete

Dauid mortuus uiuo patrocinatur.

in Cantica to. Hieron. 7. Et est Homilia Origenis 3. Ex 2. Mache. 15. cap. Hic est fratrum amator & populi Israel, hic est, qui multũ orat ꝓ populo & vniuersa sãcta ciuitate Hieremias ꝓpheta Dei, multo ante defunctus fuerat Hieremias ipse quando hæc de eo dicebat Onias sacerdos tũc etiam defunctus, igitur sancti & Deũ orant pro nobis ac impetrant etiam, vt ibidem patet, cuius rationem assignat Chrysost. to. 5. contra gentiles dicens. Tales enim esse sanctos constat, vt perfici modo velint, quæ ad hominum salutem spectant, non etiam vulgo ostẽtare opera huiusmodi miraculosa per seipsos fieri, nisi sicubi vsus aliquis cogat, vsum autem rursus esse dico saluãdorum hominum curam, hęc ille. At dicet heræticus aliquis, sicut & aliàs mihi à quodam respõsum fuit: expressam quidẽ autoritatem esse post obitum suum sanctos orare pro nobis & impetrare; sed librum ipsum vnde illa eruitur apochryphum esse, nec inter canonicos à Hieronymo numeratum fuisse. Multos recepit Ecclesia libros, quos Hieronymus in Hebræo. canone non inuenit ipsomet teste in præfatione in libros Machabeorum ac dicente. Machabeorum libri licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab Ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur hystorias.

Hieremias & onias sacerdos defuncti orãt pro populo.

Cur sancti orent ac miracula faciant pro nobis.

Obiectionis solutio.

Adde quod concilium Carthaginense tertiũ ante mile iam annos celebratum, cui interfuit ac subscripsit B. August. duos Machabeorum libros canonicis aggregat. vt videre est in ma-

gnorũ conciliorũ volum.cap.47. Inter Latina concilia. Idem ſcripſit Innocentius tertius, ad Exuperũ Epiſcopum Tholoſanum, Epiſtolæ ſuæ.cap.7. Idem quoque habet & Aug. Ipſe to. 3.lib.2.de doctrin.chriſtiana cap.8. B.etiã Gregor. in moralib⁹ dicit, credi oportere, quicquid in noſtra Biblia continetur. Huc etiam accedit illud.1.Ioan.3. qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſsitatẽ habere: & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo manet charitas Dei in eo? q.d. non manet.

Neque enim diligi poteſt Deus abſque proximo, aut contra, ipſomet Ioãne teſte. Cum autẽ probatio dilectionis exhibitio ſit operis teſte Greg. quõ clamãtibus viatoribus ad ſanctos ac pie orantibus ocioſa erit in eis charitas? quæ ſi iuxta eundem Grego. Hom. 20. Ocioſa fuerit certe charitas non erit, quam tamẽ perfectã habent & inamiſsibilem ſancti. Vnde recte Hieron. contra Vigilãtium dicebat to. 2. tu Apoſtolis vincula iniicies, vt vſque ad diem iudicii teneantur cuſtodia, ne ſint cum domino ſuo, de quibus ſcriptum eſt, ſequuntur agnum, quocunque erit? Dicis in libello tuo, quod dũ viuimus, mutuo pro nobis orare poſſumus: poſtquam autem mortui fuerimus, nullius ſit pro alio exaudienda oratio. Si Apoſtoli & martyres adhuc in corpore poſiti poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti, quanto magis poſt coronas victorias & triumphos? Paulus apoſtolus ducentas ſeptuagin-

Audiant Lu*therani ui gilantii genimina.*

ta sex sibi dicit in naui animas condonatas: & postquam resolutus esse cœperit cum Christo, tunc ora clausurus est, & pro his qui in toto orbe ad suum Euangelium crediderunt, mutire non poterit? Meliorque erit vigilātius canis viuens, quam ille leo mortuus? idem Hieron. in tertium sopho. caput super illud. Dabo vos in nomen & in laudem omnibus populis terræ. Quos autē alios possumus intelligere filios Ecclesiæ datos in nomen siue nominatos, nisi Apostolos? gloriatur quippe dominus in althletis suis, cum eos viderit coronari: sicut gloriatus est aduersus diabolum de Iob, hæc ille. Propter quod fœlix papa huius nominis prim⁹, qui anno ab vrbe condita. 1027. Aurelii imperatoris tempore fuit: martyrum gloriæ cōsulens statuit, vt quotannis sacrificia eorum nomine celebrarentur, vtq; nullibi quā in sacro loco & à viris sacris initiatis, sacrificiū quod missam vocāt celebraretur. Cum igitur ex his satis constet, vt nullus iam reliquus esse posit dubitationi locus, sanctos qui sunt in patria, preces nostras exaudire, ac quæ nobis necessaria & vtilia sunt: à Deo impetrare pro nobis, modo recte petamus: cōsequens fuerit videre quatenus illorum præcibus confidere debeamus. Id quod nos clarè docebit Chrysost. to. 1. In 19. cap. Gene. Exponens illud. Cum enim subuerteret dominus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, & liberauit Loth de subuersione vrbiū, in quibus habitauerat. Quid, inquit, recor-

Fœlix primus.

Quatenus sanctorum præcibus fidere debeamus.

datus est Deus Abrahæ? Petitionis scilicet quã fecit dicens. Nunquid insontem perdes cum impio? Cur igitur, dixerit aliquis, propter orationem patriarchæ iustus saluatus est? & non propter suam iustitiam? Ita certe propter orationẽ patriarchæ. Quando enim quod ex nobis est, afferimus: & accedit intercessio sanctorum: plurimum nobis confert. Quod si nos negligentes fuerim⁹, & spem in illis solis collocamus nostrę salutis: nihil amplius nobis prodest. Non quod infirmi sint sancti, sed quia propter nostram desidiam nos ipsos perdimus. Audi Deum ad Hieremiam prophetam dicentem. Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te. Vide domini misericordiam prædicit prophetæ, vt ne cum post orationem nõ exaudiatur, tribuat hoc suis demeritis, & ideo ei prædicit populi maliciam & ꝓhibet, ne præcetur, vt & ipse scire queat immodicam Iudæorum peruersitatem, vt & illi sciant, quod nihil eis prodest ꝓpheta, nisi ipsi quæ sua sunt, proferre velint. Deinde ita concludit, id scientes confugiamus ad sanctorum præces, vt pro nobis intercedãt, sed nõ illorum pręcibus tantum confidamus, sed ipsi nostra, vt oportet, dispẽsemus recte, & ad meliora semper conuertamur, hæc Chrysost. Quibus tandem consilii Gangrensis ea de re sententiam quæ talis est, subiiciemus,

Gagrense concilium.

Siquis per superbiam, conuentus qui per loca & Basilicas sanctorum martyrum fiunt: vel accusauerit, vel oblationes quæ ibidẽ fiunt, spernã

das esse crediderit, memoriásq; sanctorũ contẽnendas, Anathema sit, hæc ibi ex prima maiorum conciliorum parte.

In diebus festis ubi occulte possunt, operantur arguentes, quod cum operari bonum sit: bona aut in die festo agere non sit malum. Cap.20.



ABBATI obseruatio suã trahit originem ex eo, ꝙ benedixit dominus diei septimo, & sanctificauit illum, quia in eo requieuit Deꝰ, ab omni opere quod patrarat. Genes. 2. Sexto die colligebant filii Israel manna in duplici quantitate, vt sabbato cessarent. Exod. 16. In præceptis decalogi quæ in omni lege obligabant: solius sabbati ratio redditur, quia minus rationis apud carnales habere videtur. Exod. 20. de quo habes etiam & Esaiæ 56. & 58. cap. Nemo in antiqua lege interficiebatur nisi propter mortale peccatum, sicut nec de iure excõmunicatur in noua. Atqui ligna colligens in sabbato lapidatus fuit. Numeri 15. cap. Ergo tunc erat de necessitate sabbati obseruatio de qua Exod. 31. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Mulieres quę vngmẽta parauerant ad sacrum Christi corpus inungẽdum, siluerunt sabbato Luc. 23. Iudæorum autem sabbato quod primam creationem signifi-

Vnde suam trahat originem sabbati obseruatio cuius solius inter alia decalogi præcepta redditur ratio, & quare.

Sabbato Iudæorum successit dies dominicus & quare.

cat: propter Christi resurrectionem successit dies dominic⁹. teste Aug. de verbis Apostoli sermone 15. Domini resuscitatio, promisit nobis æternum diem, & consecrauit nobis dominicũ diem, in quo noua creatura commemoratur in Christi resurrectione inchoata. Hic autem dies dominicus ob accepta à nobis noua eáque maxima beneficia non minus nos obligat imo & magis: quàm sabbatũ Iudæos obligabat: teste Hieron. 2. parte Epistolarum. Epistola 53.


Diei dominici excellẽtia & prærogatiue.

Quomodo inquit, virgo mater domini inter omnes mulieres principatum tenet: ita inter cæteras dies hæc omnium dierum mater est. Rem nouam dico: sed quæ scripturarum vocibus cõprobatur. Hæc dies quam fecit dominus & exultemus & letemur in ea. Hæc dies & vna de septem, & extra septẽ est. Hæc est dies, quæ appellatur octaua. vnde & in quibusdam psalmorum titulis supra scribitur. Pro octaua hæc est, in qua synagoga finitur, & Ecclesia nascitur. Et paulo póst, hoc tantum dico quod vniuersa sabbati gratia & antiqua illa festiuitas populi Iudæorũ diei istius solemnitate mutata est. Hæc est dequa Ecclesiastes præcipit. Date partes septem, date & octo. Hæc est, cuius numero octo animę saluatę sunt in arca Noë. Hæc octaua dies de cuius sacramento & omnium nationum in Christi fide octauus quoque psalmus incipit. Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Hæc Hierony. de dominico die. Et quia beneficia illi populo concef

sa beneficia nobis per Christum exhibita repræsentant, de illorum figura & nostrorum veritate paucis expediamus, festo eorum quod phase vocant, festum Christi passionis ac resurrectionis succedit. Pentecoste qua lex vetus data exstitit, ea respondit pentecoste, qua lex spiritus nobis elargita fuit. Neomeniç festo succedit beatæ Virginis festum, in qua apparuit primo solis iustitiæ Christi per gratiæ abundantiam illuminatio. In locum festi tubarum, festa Apostolorum: & in tabernaculorum vmbram: festum cõsecrationis Ecclesiæ migrauit. Solemnem cætus seu collectæ diem refert festũ omnium sanctorum. *Iudæorũ festa christianorũ erant figuræ.*

Qui sint autẽ dies festi, quos ex præcepto Ecclesiæ seruare tenentur omnes: habes ex Greg. lib. 9. secundi decretal. titu. de feriis. cap. conquestus. Cum autem dicunt bonum esse operari in die festo, dicendum. Bonum esse ex integra causa teste B. Dyon. malum autem ex defectu vnius, manualiter operari bonum quidem esse si debite fiat: in festo autẽ malum, ob rationabilem Dei vel hominibus superuenientẽ prohibitionem, qua factum est non licere in die festo: quod in profesto licebat. *Qui sint dies festi de præcepto seruandi.* *Opus ex circũstãtiis bonitatẽ aut malitiã induit.*

In quadragesima & die ieiuniorum Ecclesiæ nõ ieiunant, sed carnes comedunt, ubi audent dicentes, quod Deus non delectatur in afflictione amicorum, suorum cum sine his potens sit eos saluare. Cap. 21.


VIC errori conuincendo sola Ecclesiæ autoritas sufficiebat, quę & ciborum delectum & ieiuniorum obseruationem pro temporum ratione præcepit. Ad maiorem tamen declarationem & heræticorum confusionem qui Ecclesiæ mandata contemnunt, paucis dispiciamus: fuerit ne ex vtroque ac in vtroque testamento præceptum ieiunium. Si non vult ieiunium Deus, inquit Hieron. aduersus Iouinia. quomodo in Leuitico præcipitur, vt septimo mense decimamēsis omnis populus ieiunet dicens? affligetis animas vestras Leuit. 16. Idem habetur 23. cap. omnis anima quæ afflicta nō fuerit die hac, peribit de populis suis. Et Zacha. 8. Hæc dicit dominus exercituum. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiuniū septimi, & ieiunium decimi, erit domui iudę. vbi idem Hiero. ieiunium quarti mēsis qui apud Latinos vocatur Iulius, die septima & decima mensis, illud arbitrātur, quādo descendens Moyses de monte Synai tabulas legis confregit. In quinto mense qui Augustus dicitur, cum propter exploratores Terræ Sanctæ seditio orta esset in populo, iussi sunt mōtem non ascendere. Vides Iudæos plura ex Dei præcepto habuisse ieiunia. Vt autem idem de Euangelio probemus scribitur Matth. 9. cap. Tunc accesserūt ad eum nempe Christum, discipuli Ioannis dicentes. Quare nos & pharisæi ieiunamus frequen-

In vetere lege præceptū erat ieiunium.

In noua lege præceptū ieiuniū.

ter, *discipuli* autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus Nũquid possunt filii spõsi lugere, quãdiu cum illis est sponsus? veniẽt autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. vbi Augu. sic habet. Ex hoc loco potest argui obligatio ieiunandi. Nam si satisfaciebat pharisæis, discipuli non tenebantur ieiunare in præsentia Christi, ergo post eius absentiam tenebãtur, aliàs non satisfacit. Hæc August. Si igitur, pro quia satisfaciebat eis Christus sua responsione, communiter eis præceptum erat ieiunium. Adde quòd nemo propter solius consilii omissionem & non præcepti, rationabiliter de aliis apud eorum superiorem conquæritur. Neque ignorabant pharisæi isti & Ioannis discipuli Christi discipulos ab eodem excusatos & iterum defensos paulo ante in eodem capite & Lucæ 5. fuisse, cum à Iudæis repræhensi fuissent dicentibus, quare cũ publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? sicut & de spicarũ euulsione in sabbato: quod tamen citra necessitem erat prohibitum, sicut & hic præceptum ieiunium. Item cum dicit Christus Matth. 6. Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, loquitur haud dubie de ieiunio ad certa tempora instituto & præcepto, alioqui docuisset in communi, vt semper temperanter viuerent abstinendo à superfluo cibo & potu sicut Luc. 22. dicebat attẽdite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.

Ex prima igitur autoritate superius adducta

ſequitur Deum delectari in amicorum ſuorum afflictione volũtarie ex Dei obedientia aſſumpta, cuius oppoſitum affirmat hæc heræſis. Rurſus ex eadẽ autoritatẽ & aliis duabus conſtat in vtraque lege præceptum fuiſſe ieiunium: quod abſtinentiam à carnibus, quam iſti vt multi alii guloſi, minime obſeruant, ſemper incluſit.

In primitiua Eccleſia indictus ciborum delectus ab apoſtolis

Denique Acto. 15. cap. apoſtolorum decreto indictus eſt ciborum delectus cum communem omnibus abſtinentiam à ſuffocato & ſanguine præceperunt: quo gentiles ad fidem conuerſi cũ Iudæis etiam conuerſis in fide coaleſcerent.

Quantæ autoritatis ſit Eccleſiæ cõſuetudo, & nota.

Fuit etiã ab eiſdem Apoſtolis inſtituta quadrageſima Ignatio, Hieronymio, Maximino & aliis autorib⁹ quorũ ſtatuta licet ſcripta nõ fuerũt, nõ minoris tamẽ (vbi de illis conſtat) autoritatis ſũt: quã ea quæ illi nobis ſcripta reliquerũt vt fuſe probatũ fuit ſuperius ca. 4. Vt enim horum memoriæ vicem recte ſupplet ſcriptura: ita & illorum cõtinuus ab initio & non interruptus Eccleſiæ vſus. qualis eſt ieiunandæ quadrageſimæ ac cunctarum quæ ſcriptæ non ſunt, ceremoniarum conſuetudo, de qua Apoſtolus 1. Corinth. 11. Si quis videtur contentioſus eſſe: nos talem cõſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. De qua eadem præclarè Irrenæus lib. 3. aduerſus. heræſ. Valenti. cap. 4. Quid enim & ſi qua de aliqua modica quæſtione diſcepatio eſſet, nónne oporteret in antiquiſsimas recurrere Eccleſias, in quibus apoſtoli conuerſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtio-

ne sumere quod certũ, & re liquidũ est? Quid autem si neque apostoli quidem scripturas reliquissent nobis? nõne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt his: quibus committebant Ecclesias? cui ordinationi assentiũt multæ gentes Barbarorum eorum qui in Christum credunt sine charactere vel atramento scriptam in cordibus suis salutem & veterem traditionem, diligenter custodientes, hæc Irenæus. Et Hierony. aduersus monta. Nos vnã quadragesimam secundum traditionem apostolorum toto anno tempore nobis cõgruo ieiunamus. Idem & August. super 34 Exod. cap. exponendo psalm. 110. Moyses quadraginta diebus ieiunauit, Helias, & ipse dominus. Pręcipitur enim nobis ex lege & ex prophetis & Euãgelio, quod testimonium ex his habet, & to. 2. ad ianuarium de ritib⁹. Eccl[s]ię, Epistolæ 119. ca. 15. Idem quoque to. 10. de tempore sermone 62. aliis diebus ieiunare remedium aut præmiũ est, in quadragesima non ieiunare peccatum est.

Quid agendum nobis si scripto nihil reliquissent Apostoli.

Ieiunium quadragesimæ ab apostolis traditum.

August. de ieiunio.

Et in Epistola ad casula. presbyterũ, si de hac re sententiã meã quæris: ego in Euangelicis & Apostolicis literis totoq; instrumẽto quod appellatur testamentum nouum, animo id reuoluens, video præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto domini vel Apostolorũ non inuenio definitum, hæc ille. Ex his tamen Aug. verbis non putes quadragesimæ ieiunium determinato tempore iuxta prædictam Hieronymi sententiam præceptum non fuisse, quoniam nõ


Idẽ de eod.

de illo quo ad temporis limitationem loquitur, ibi August. sed de sabbati ieiunio contra quendam vrbicum nomine omnes damnantem Ecclesias, quæ sabbato non ieiunabant, sicut Romæ ieiunabatur, de illa autem temporis determinatione dicit ille morem populi Dei & instituta maiorum pro lege esse tenenda. Perpulchrum sane, quod idem refert de laudibus ieiunii to. 10. Sermone 65. O quantum sit bonum ieiuniũ breui tempore exemplis additis differamus. Moyses cum primus 40. diebus & 40. noctibus ieiunasset: legẽ domini accipere meruit, per quam populis imperaret. Moyses quia ieiunauit, dominum vidit, populus quia manducauit & bibit, idola fabricatus est, & paulo post eiecit nos de paradiso cibus, reducat esuries, reducat ieiunium. Heliæ ieiunanti elementa famulata sunt. Concludamus igitur cum præmissis & Chrysost. dicẽte to. 1. In sermone de Iob, & Abraham. Cibus è paradiso eiecit, ieiunium te reducit. Hoc nos præceptum diuinum sancta scriptura docet, quæ solui nequit. Et cœlo ipsi præferẽda est, cœlum enim, inquit, & terra trãsibunt, verba autem mea non transibunt, hæc ille. Illorum autem ratio quod dominus potens est eos saluare sine tali afflictione vix est relatu digna, poterat & sine ligni scitẽiæ boni & mali prohibitione ac propria morte Adam saluare: sed eius obedientiam postulabat & meritum, potest & nos absque ieiunio absque Ecclesiæ sacramentis saluare: sine quibus tamen nisi ea ne-

De laudib' ieiunij.

cessitas excludat, cœlorum regnum nobis pate re nõ concedit. Mirandũ sane de nobis quibus dictũ cum sit, non est discipulus supra magistrũ: qui de semetipso tam rigidam vitæ sententiam tulit, cum dixit. Nonne oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam? Nos tota vita miseri peccatores sine sudore & labore, absque vllis pene meritis nostris in alienam, id est eius gloriam contra eiusdem nutum, præceptum & exemplum ingredi nõ tam speramus quàm presumimus, tulit ille crucem suam propter nos, iussit tollamus & nostrã ac sequamur eum: omnes inquit eius Apostolus, qui piè viuere volunt in Christo Iesu: persecutionem patiuntur, at nos, quotidie fratres persequimur, & ita nos delicati nomine tenus Christi milites sine sudore, sine cruce, absque lucta, nedum victoria à Deo coronari & volumus & speramus: quod quam iustum sit & æquum, videat: ac deinde speret, si vult, qui non omnino mentis caret oculis, qui non ex vitę suæ corruptione sacram scripturam metitur, cum ad illius normam omnes affectus nostros ac iudicia efformare debeamus. Nisi toto vitæ decursu errare velimus,

Vetus testamentum non habent uel non recipiunt, sed Euangelia ut per ea non impugnentur, & se defendant dicentes, quod superueniente Euangelio uetera omnia sint abiicienda. Cap. 22.


VONIAM boni christiani veræ pacis alumni sanctam matrē Ecclesiam libenter audiunt, & sequūtur: vtrumque per eam testamentū recipiunt, dicente Augustino Euangelio non crederē, nisi quia me ad hoc Ecclesię cōpellit auctoritas. Est enim nouum testamentum in veteri: sicut veritas in sua figura, seque mutuo explicant. Non vtique mirandū est, si qui Ecclesiam despiciunt & lacerant, nec vetus ab ea instrumentum, nec saluberrima quæque instituta recipiant. n hoc enim vel solo apparet eorum pertinacitas: dum quæ suæ sectę fauere videntur: tam ex sacris literis quam sacris interpretibus diligenter colligunt: collecta deosculantur ac prædicant, reliqua omnia maliciosi reiiciunt, ne per illa communem Ecclesiæ sententiā tenere cogantur. Vt patet de multis Bibliæ libris quos contra traditionem Ecclesiæ à canone expungunt. Propter quod recte de illis Apostolus. Heræticum hominem post vnam aut alteram monitionem deuita sciens, quia huiusmodi subuersus est: cum sit proprio iudicio condemnatus. Non primi Valdenses vetus testamentum reiecerunt, ante hos illud iam respuerant Manichæi & partem noui, teste Platina, de vitis pontific. cap. de Anthichiano papa illius nominis primo.

Dociles inter alios complices & facundos docent uerba Euangelij & dicta Apostolorum & aliorum sanctorum in uulgari lingua corde formare, & alios informare, fideles allicere, & suam sectam pulchris sanctorum uerbis polire, ut salubria putentur: quæ persuadent. *Cap. 23.*



VOT & quanta nostris tẽporibus mala attulerit sacræ scripturæ in vulgarem sermonẽ versio, nemo certe nisi cæcus non videt. Ex hac enim seqtur. Primo perniciosus præconũ verbi Dei in plebe contemptus. Illos siquidem audire cõtemnunt docentes vt aiunt, quæ iam apud se in vulgari habent exposita. Secundo, quod istorum verbis credere non scripturæ quam prædicant, sed alienæ, id est prædicatorum fidei sit credere, maximè. si quẽpiam scripturæ locum aut capitis notam aliter designent, quam habet litera. Denique saluberrima maiorum monita contemnunt audire, nisi ea in suis vulgaribus Bibliis contenta videant, ita tument miseri rerum nouarum cupidi, vt nihil aliud sibi vtile ne dum necessarium putent ad salutem. O damnabilis sciendi cupiditas. O præsumptio spiritus? quam tortuosus ille coluber primis parentibus insibilauit dicens. Dicit Deus quod quacunque hora comederitis eritis sicut dii scientes bonum & malum. Vbi glos. interli. Herætici diuinitatis meri-

Tria uersionis scripturæ in uulgarem sermonem mala.

Quæ in primis parentibus, eadem & in heræticis sciẽdi cupiditas.

tum profiteantur, & scientiæ promissione deci piunt, & simplices repræhendunt. Scit inquit il le, Deus quasi dicat tantum hoc bonum vobis inuidet, propter quod illud cum mortis intermi natione prohibuit, quæ vobis eueniet minime, testis est Chrysost. to. 5. De prouidētia vel fato sermone 2. Neque enim quicquam aliud verbis suis prætenderat serpēs, quàm vt verba ita cape rent. Deficite à Deo cōditore, quia inuidus est, & bona meliora vobis inuidit, licet autem hæc verba manifeste nō posuerit, cauēs ne fugerēt, si qua forte depræhenderētur insidię, sed omissis, his verbis subdolo perniciosoq; consilio eos ag gressus est, hæc ille. Haud aliter sanè heretici eiusdem membra serpentis curiosis homuncu- lis quotidie, licet non aperte suggerunt, vt hāc vulgarem versionem apprime necessariam sem per habeant præ manibus. Ex ea enim, inquiūt, per vos & sine docente scire poteritis nō solum quæ saluti vestrę necessaria sunt, quod certe mul tum est, sed & quibus alii belle per vos instruan tur ad salutem. Qua in re diligenter prospicite ne oppositum suadentibus credatis. Hoc enim propterea faciunt scioli verbi Dei præcones, ne ab eorum cōcionibus, quibus sciunt vos am- plius non egere, deficiatis, tantum enim bonum vobis prohibent insani, quia & inuidēt, hæ sunt certè heræticorū suadelę, technæ, ac doli, qui vtinam non tam facile ab incautis ac nimium credulis vtriusque sexus hominibus reciperen- tur qui enim ad pauca respiciunt, de facili para-

Heræticorū suasiones de uernacula traductione amplexanda.

logiſantur, id eſt decipiuntur, inquit Philoſop.

Cæterum vt ad maiora quæ inde veniunt incommoda deſcendamus. Notandum imprimis quædam eſſe in ſacris literis figuratè enunciata, quædam ſine figura. Vt docte tradit Augu. 2. de doctrina chriſtiana lib. cap. 9. 10. & aliis multis. Interdum etiam ſenſus literalis ſub tropis ac figuris deſignatus, ſenſus per allegoriam à ſanctis patribus vocatur. veluti cum ſcriptura dicit. Iudicum 9. cap. ligna iuiſſe, vt vngerent ſupra ſe regē, & alibi montes exaltari, terram iubilare, flumina de ventre fluere, manum & pedes ſcandaliſantes abſcindere, manū tenere ad aratrum, ardentes prunas ſuper caput inimici congerere, & id genus alia. quæ omnia ſi iuxta primam ac genuinam verborum ſignificationē transferas, vt faciunt rerum nouarum cupidi, aniles nenias ac quaſdam poetarum more fabulas, vel etiam impoſsibilia facias ſcripturam cōtinere, quod quā ſit abſurdum & à fidei veritate alienum, indicāt nō ſolum innumera ſacrorum doctorum commentaria ab Eccleſia ſemper receptiſsima, ſed & ipſiuſmet ſcripturæ ex aliis ſui locis adducta autoritas, quæ tuam huiuſmodi verſionem condemnet. Quid dicas de canticis canticorum, quæ epythalamii ſpeciem habent in modum drammatis? in quibus introducitur per hyſtoriæ ſpeciē Eccleſia, quaſi vna omnium perſona cum ſpōſo ſuo Chriſto? In quib⁹ ſunt permulta quę carnalibus magis libidinem accendant quam eos inuitent ad virtutem quid

In ſcriptura quædam figurate, alia ſine figura enuntiari.

Senſus literalis ſub tropis quādoque deſignatus uerſionē, quæ fit, uernaculā nō patitur ſine riſu

Iudæis ante 30. ætatis suæ ãnum illicita cãticorũ & Geneseos lectio.

ea quæso factura sunt curiosis mulierculis: si in vulgarem verbotenus sermonem sint versa?

Eam ob rem Iudæis non licebat, teste Hierony. ante trigesimum annũ librum Geneseos & cantica canticorum legere, quia multa in eis intellectu difficilia continebantur: ad quæ legenda periculum esset, nisi doctos discretosque viros accedere. Vnde refert Alphõsus, laudãdũ merito venit æditum illustrissimorum catholicorumque Hyspaniæ regis ac reginæ Ferdinandi eiusque cõiugis Helisabetæ, quo sub grauissimis pœnis prohibuerunt. Nequis sacras literas in linguam vulgarẽ transferret: aut ab alio trãslatas quoquo pacto retineret. At de his satis in genere, restat vt ad particularia scripturæ loca deueniamus. Imprimis Matth. 10. Christus prohibuit Apostolis: ne virgam secum deferrẽt in via dicens. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo. Marci autem 6. cap. sic habetur. Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, similiter & Luc. 9. cap. Nihil tuleritis in via, nisi virgam, neque peram, neque panem. Ecce quomodo transferando virgã verge. Matthæum facis contradicere Lucæ & Marco, qui ambo per exceptionem à reliquorum negatione virgam dicunt esse ferendam, quam tamẽ tollendam & in via possidendã prohibet Mattheus. Quis hãc traductionẽ legens & animad-

Memorabile Ferdinãdi & Helisabetæ coniugis æditũ.

Quõ Matthæus, Marco & Lucæ contradicat in uernacula traductione.

uertens quãtumuis idiota, non statim clamitet scripturam sacram manifestam innoluere contradictionem? ex quo totam de veritate suspectã habeat, vt bene probat August. ad Hieronym. scribẽs de cessatione legalium. Porro non eadem est apud Matthæum & reliquos duos Euãgelistas nominis virgę acceptio. Nã apud Matthæum virga minima necessaria significat, quæ teste August. Ideo Christus ferenda prohibet; quod à fidelibus suis omnia necessaria etiam minima debeantur ministris suis, nulla superflua requirentibus. Apud Marcum autem & Lucam nil, nisi virgam, ferendum prohibẽtes, virga potestatem accipiẽdi necessaria significat, quę prędicatoribus debentur, dicente glo. Lu. cap. 9. Non ferre virgam, est non esse solicitum de his: quæ humanæ substẽtationi necessaria sunt, quia hæc debentur prædicatoribus, quando sine scãdalo accipi possunt. In Marco autẽ nil ferre nisi virgam est vti illa potestate accipiendi necessaria, quæ data est prædicatoribus, hæc glo.

Vocabuli uirga æqui uccatio ex Euãgelistis.

Lata est ergo differentia inter hæc duo, nõ secum ferre vel minima necessaria, quæ prohibet Matthæus sub nomine virgę: eo quod dignus sit operarius cibo suo, & illa vti potestate accipiendi necessaria, quam Marcus & Lucas sub codẽ vocabulo concedunt. Secundus locus est Hebr. 6. cap. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, & prolapsi sunt: rursum renouari ad pœnitentiam; hunc locum si ad primam verborum significan

AEquiuocationis explicatio.

Nouationorũ herasis de pœnitentia nõ iterãda, quã traductio uernacula fouet.

tiam traducas: hominem post semel cõmissum peccatum, quæ nouatianorum hæresis est, pœnitere, non posse contendas, quod Christo ac Apostolicæ prædicationi repugnat. Nã apud Paulũ modo adductum de baptismo fit sermo, per cuius iterationem impossibile dicit hominem rursus Christum in se crucifigentem renouari ad pœnitentiam: quo certe nihil verius est: eodem dicente Rom. 6. consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem vnam siquidem Christi mortẽ vnicum baptisma repræsentat.

Habes & alium locum non satis probe ab eis verti solitum, Hebr. 10. Voluntariè enim peccãtibus nobis post acceptam noticiam veritatis, iam non relinquitur hostia pro peccatis, terribilis autẽ quædam expectatio, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. quotus quisque talium interpretum non vertat voluntariè voluntairement? precantibus nobis &c. quæ versio statim sensum heræticum gignit: cum alioqui voluntaruim sit omne peccatum, si sic exponas, Doctores autem exponunt voluntariè peccantibus nobis, id est in voluntate peccãdi manentibus, voluntarius, inquiunt est, qui in aliquo assiduus est, volẽs autem: qui ad tempus. Per quod intelligit Apostolus in peccato perseuerãtes, quibus (quatenus tales sunt) nulla relinquitur expiationis hostia, quam perseuerantiã si cum plena deliberatione intẽdant hoc est nũquam resipiscere proponãt: peccatum est in spiritum sanctum, idque admodum periculosum.

Voluntarij & uolentis discrimen.

Poſtremo vnum pro multis ſubiiciam,ex quo heræticì non paruam errandi anſam traxerunt. 1.Ioan.3.cap.Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum nõ facit,quoniam ſemen ipſius in eo manet,& non poteſt peccare,quoniam ex Deo natus eſt. Hunc locum quidam non recte intelligẽtes dicunt:quod qui ſemel Dei ſpiritum, quem hic Ioannes ſemen vocat, acceperit: agat ipſe, quicquid voluerit,illud peccatum non erit,quia quem ſpiritum ſemel receperit, malum eſſe non ſinet,quicquid ille operatus fuerit. Quemadmodum dicit hic B.Ioãnes quod ex Deo natus per baptiſma,peccare non poteſt quia Dei ſemẽ in eo maneat, quod ſane verum eſt in ſenſu, vt dicunt,compoſito quãdiu ſcilicet Dei ſemen hoc eſt gratia manet in eo. Non tamen quin talis ita nat9 ex Deo,ſimpliciter peccare poſsit,quo forte peccante, non iam manet diuinum ſemen in eo. Simile quid habet Paulus 1.Corinth.12. Nemo in Spiritu Dei loquens dicit Anathema Ieſu & rurſus. Nemo poteſt dicere dominus Ieſus niſi in Spiritu ſancto. Heræticì autem contra mentem ſcripturæ de ſenſu compoſito faciẽtes diuiſum dicunt talem ſimpliciter amplius peccare nõ poſſe. Neque nouã heræſim eſſe putes. Nã Aug.lib. de heræ. cap.82. aſſerit Iouinianũ ſenſiſſe eum qui ſemel per lauacrum regenerationis iuſtificatus fuerit: amplius peccare non poſſe. Hieron. Idem illi impingit, idem docuit Pelagius teſte Auguſt. dicto lib. cap.87.

Pelagianã & Iouinianam heræſim fouere uidetur ūer ſio uernacula.

Si enim Bethſamitę,quia cõtra Dei præcep-

Bethſami-

tarũ exemplo scripturã sacrã nõ omnibus indifferenter cõmunicandam esse.

tum nudam testamenti arcam curiose viderunt: pcussi sunt de populo septuaginta viri, & quinquaginta milia plebis 1. Reg. 6. ca. quod illis in figura contingebat nostri, quanta curiosos idiotas pœna manere potest qui arcana Dei quæ latent in scriptura per Dei arcam significata scrutari non desistunt? dicente scriptura Prouer. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. scribitur & numeri. 4. cumque inuoluerint Aaron & filii eius sanctuarium, & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filii Caath, vt portent inuoluta, & nõ tangant vasa sanctuarii, ne moriãtur. Magna, inquit Rupertus, cultus diuini reuerentia, magna & seuera disciplina, Aarõ, inquit, & filii eius intrabũt ipsique disponent opera singulorum, & diuidẽt, quæ portare quis debeat. Alii nulla curiositate videãt quæ sunt in sanctuario, priusquam inuoluantur, alioqui morientur. Ergo secundũ hanc normam sacerdotes hodieque legitimi scilicet hi tantum, quibus pro merito electionis secreta sua Deus credidit, qualibus in Euangelio Saluator dicit, vobis datum est nosse mysteriũ regni Dei, cæteris autem in parabolis. Ipsi arcã testimonii, mensam prositionis, thuribula, omniáque vasa quibus ministratur in sanctuario, contrectẽt manibus, & inuoluant in paliis hyacintinis atque coccineis, filii autem Caath inuoluta portent & non tangant, ne moriantur. Id est illi mysteria incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectiõis Christi filii Dei, aduẽtus quo-

Morte digna curiositas.

que Spiritusſanƈti,libero intuitu oculorum cor dis,quos Deus illis aperuit,aſpiciant, & ore ſacro contreƈtent, pulchriſque literis adornent.

Iſti autem audiant,vel expoſita ab illis legãt, iſti inquam quibus datum eſt regnum Dei audi re in parabolis,& ipſi non audeant expoſitores vel autores eſſe,ne labantur in heræſim.

Scripturæ expoſitores eſſe non debẽt quibus datũ eſt noſſe regnum cœlorũ tãtũ in parabolis ne incidant in heræſin.

At vero,nunc quod periculoſiſsimum eſt,filii Caath,filii Gerſon, & filii Merari qui nõ peuenerunt ad dignitatem Aarõ & filiorum eius,nõ ſolum non arceantur à conſpiciendis vel tangendis interioribus ſanƈtuarii,verum etiam aduocantur & irruunt,irreuerenter intro,quando ad ſacroſanƈta altaris Chriſti myſteria tales accerſiũtur,quales pro merito vitæ pro qualitate vel quantitate ſcientiæ laycus quoque non iniuria contemnãt populus. Qui hodie tales facile admittunt, non audiunt dominum loquentem ad Moyſen & Aaron. Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum,vt viuant,& nõ moriantur,ſi tetigerint ſanƈta ſanƈtorum.Nam reuera quia quicunque nomen vel tonſuram clerici arripuerunt, irruunt admiſsi ad Chriſti ſanƈtuariũ,tanguntque & contreƈtant indigne ſanƈta ſanƈtorum.Iccirco moriuntur & non ſolum in anima,verum etiam in corpore citius feriuntur. Nã ideo, inquit Apoſtolus, inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiũt multi. Hæc Rupertus,quæ licet prolixa afferre volui,vt intelligas quæ & quanta nobis mala pariat hæc ſcripturæ ſacræ in vulgarem ſermonem tradu-

Cõtra prælatos admittentes indignos ad ſacra myſteria.

ctio, quæ vtinam omnino supprimeretur, ac ne fiat in posterum, sub graui pœna caueretur.

Nunquã heresis oritur ex sacris literis, sed ex mala illarũ intelligẽtia

Illud autem statuere oportet heræsim nũquã ex sacris literis, sed ex illarum peruersa intelligentia oriri teste B. Hylario ac dicente. Exstiterunt plures, qui cœlestium verborum simplicitatem non veritatis ipsius absolutionem suscęperunt, aliter interpretãtes quam dictorum virtus postulat. De intelligentia enim heræsis, non scriptura est, & sensus non sermo fit crimẽ, hæc ille. Si igitur ex peruersa scripturæ intelligentia heręsis oritur, quis in eam facilius incidat quam semper mutabilis vulgus nouitatum amator & autor, cum legat in scriptura quod non intelligit, sed nec intelligere potest? Huius sententiæ fuit & rabbi Mossæus dubitantium dux lib. 2. Propositione prima & lib. 3. ca. 1. Ac dominus Ioãnes Gerson prima parte suorum operum de laude scriptorum, consideratione 11. Alphabeto primo. Sed hæc, meo iudicio, curiosis sufficere debent.

Cap. 24.

Non solum uiri sed & fœminæ apud eos docẽt, quia fœminis magis patet accessus ad fœminas peruertẽdas, ut per eas etiam uiros subuertant, sicut per Euam serpens illusit Adam.



VLIERES in Ecclesia taceant non enim eis permittitur loqui 1. Corinth. 14. Nullus enim ordo Hierarchicus mulieri competere potest. Docere autē scripturam & prædicare Apostolicū munus est à superiore impositú teste Apostolo. quomodo prædicabūt nisi mittantur Rom. 10. Vnde Apostoli Latine missi dicūtur inter quos erant & septuagintaduo discipuli bini āte Christi faciem missi Lucæ 10. Hodie ab Ecclesia aut à summo pontificè destinantur prædicatores nisi eis ex ordine vel officio competat sicut Episcopis & superioribus etiam & parrhocis siue curatis idque in sibi subditos tantum de quibus. 1. Corinth. 12. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primo Apostolos, secū do prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, tamen Ephe. 4. Pastores coniunxit Apostolus cum Doctoribus, quos inquit August. ad Paulinum Episcopum, eosdem puto esse sicut & tibi visum est: sed ideo cū prædixisset pastores, subiunxit & Doctores, vt intelligerent ad officium suum pertinere doctrinam, hæc ille. Et tamen in Epistola ad Corinth. pastores & doctores nō cō iunxit Apostolus vt scilicet intelligamus etiam quosdam esse in Ecclesia Doctores non Episcopos, qui secundum Primasi. explanant obscura prophetarum & qui hominibus loquuntur cōsolationes, qui honeste mores instituunt, etiam si mysteria explanare non possunt. Vnde deci

Munus prædicādi ex ordine, seu iurisdictione uel ex cōmißione.

Cur pastores cū doctoribus uno ī loco cōiunxit apostolus & nō in alio.

Quib⁹ præ-

dicare liceat & quibus non. mus quartus articulus Ioannis Vuicleff in constantiensi concilio condemnatus erat, licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei absque autoritate eius sedis Apostolicę, vel Episcopi catholici. Idem cauetur de heræ. cap. Sicut in vno, & cap. ex iniuncto: in cap. excommunicamus. §. Quia vere. dicitur. Nullus debet sibi officium prædicandi assumere nisi sibi super hoc à iudice, vel sede Apostolica, vel diocesano Episcopo, licentia concedatur: aliàs excommunicetur. Item de officio iudi. ordi. Inter cætera prædicare & pœnitentiam iniungere ad Episcopos pertinet. Caueant itaque sacerdotes ne quos nunc ad prædicandũ admittant qui nõ aliquo prædictorum modorum missi fuerit. Ne postea ex agro dominico pro tritico zizania colligant. Neque enim ad laycos spectat & indoctos ornamentorum Ecclesiæ custodes deligere cõcionatores, sed ad prælatos vt patet ex prædictis.

Cap. 25. *Docēt uerbis coopertis loqui, ne pro ueritate studeāt loqui mendaciũ, ut cum de uno requirũtur: de alio oblique respondeant, & ita auditores uersutè deludant, ubi timent per confeßionem ueritatis, errorem suũ deprahendi: ex eadem simulatione frequentant nobiscum Ecclesias, intersunt diuinis, offerunt ad altare, sacramēta percipiunt, confitentur sacerdotibus, ieiunant Ecclesiæ ieiunia, & festa colunt. necnon sacerdotum benedictiones inclinato capite suscipiunt, licet hæc omnia & similia Ecclesiasticæ institutionis irrideant, prophana ac damnosa iudicent.*



ERMO obſcurus nõ ibit in vacuum. Sapi. 1. Quoniam lumen illud naturale quod ſignatum eſt ſuper nos, nuda & aperta hereti corũ mẽdacia nõ recipit, iccirco illa generaliũ verborum inuolucris obducunt, ac deinde verbis lepidis & ad decipiendas animas compoſitis publicè coronę proponunt. Vt ſi de verborum ſenſu vel intelligentia requirantur: illi ſtatim à generali ad particularẽ quẽpiam ſenſum verum quidem (ne de ſua quã occultãt falſitate conuincantur) confugiunt, eodẽ quoque modo diſcipulos ſuos ne nudis (quibus deprӕhendantur) mendaciis aſſueſcãt, inſti tuunt ac prӕmuniunt. Quӕ autem de illorum dicta ſunt doctrina, de ipſorum quoque vita intelligenda veniunt. Vt eorum doctrina falſa & mendax mendaci ac ſimulatӕ ipſorum vitę per omnia concordet. Cum autem fideles decipere volunt, diaboli capitis ſui veſtigia per quam aſtute norunt obſeruare, is enim non ſtatim aperte mulierem, ne deprӕhenderentur inſidiӕ, ſed prius per interrogationem (quӕ ad vtram li bet contradictionis partem flecti) queat aggreſſus eſt dicens. Cur prӕcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi, ſimul vt Dei prohibitionem illi redderet odioſam. Tan dem vero vbi opportunum viſum eſt, quod occultabat ille venenum: continuo protulit dicẽs.

Nequaquam moriemini, quod & ſubſequenti mendacio confirmat,cum ait. Scit enim Deus, quacunque hora comederitis:eritis ſicut dii ſciẽtes bonũ & malum, eadem ſanè arte ac malicia incautos deludunt heretici dum eis ſcripturæ ſacræ & ſalutis perfacilem ac cõpendioſam cognitionem pollicentur. Norunt, qui huiuſmodi depræhenſos examinare ſolent, illos ſæpe non aſſertorie, ſed per interrogationem ad quæſita reſpondere. vt verbi gratia, ſi iurare moneantur tantum nec cogantur. An vniuerſalis Eccleſiæ ritum tanquam verum & fide tenendum credãt & obſeruent? Reſpondere ſolent. Nunquid & vos ita creditis domini mei? putant enim nullo ſibi pacto iurare licere (quod iuramẽtum omne ſit illicitum, niſi cogantur, à Iudice: tuncque periurii culpam omnem in cogẽtẽ reiiciunt. quod ex diſpenſatione quadam pro vitanda morte ſibi, licere putant. quo videlicet ſuam de iuramento ſententiam ſemper illæſam conſeruent.

Doloſa heræticii depræhẽſi & cõpræhẽſi ꝑ reſponſione interrogatio.

Porrò illud etiam de neochriſtianis quibuſdam prætermiſſum eſſe non volui, qui ſi quos verbi Dei præcones quantúlibet doctos, minus tamen eloquentes ſe, nouerint: eos tanquam viles cerdones ſamnis ac ineptis quibuſdam nomenclaturis exibilant, riſum ac fabulam ſuis in conuiuiis faciunt: quaſi ſola ſermonis elegantia verbi Dei præconem faciat non ſcripturæ peritia. Neque eo tantum ſtultitiæ proruperunt hi: ſed & totam Bibliam noſtram ab Eccleſia receptiſsimam in Latinum multoque (vt a-

Quales ſint hodie Bibliæ in uenuſtiorem ſtilum uerſores.

iunt, venustiorem ac lepidiorem stillum verte-
runt quo nihil in ea desiderare valeant prurien-
tes auribus. O sapientes fidei reparatores, to-
tiusque Ecclesiasticæ disciplinæ moderatores
optimi? Nolo, inquit Hiero. offendaris in scrip-
turis sanctis simplicitate & quasi vilitate verbo
rum: quæ vel vitio interpretū, vel de industria
sic proditæ sunt, vt rusticam cōcionem facilius
instruerent. Idem in primum Marci caput.
Quem non inebriat eloquentia secularis? diffi- *Qui homiēs*
cile homines potentes, & nobiles, & diuites, & *difficulter*
multo his difficilius eloquentes credunt Deo. *credūt Deo.*
Obcęcatur mens eorum diuitiis, nec possunt vi
dere virtutes, simplicitatemque scripturæ san-
ctæ non ex maiestate sensuum, sed ex verborū
iudicant vilitate. Quid tu tātopere circa ver *Sacræ cor-*
borum corticem desudas? nunquid sensus prop- *ruptores*
ter verba, an non potius verba propter sensum? *scripturæ*
audi igitur Apostolum. 1. Corinth. 1 cap. tibi de *Græculi et*
huiusmodi re Dei voluntatem aperientem. Vi- *Hebræorū*
dete vocationem vestram fratres, quia non mul *simiæ cōtra*
ti sapientes secundum carnem, non multi potē- *lecturā A-*
tes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mun- *postolorū.*
di elegit Deus: vt confundat sapientes, & infir-
ma elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobi-
lia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea
quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. vt non
glorietur omnis caro in conspectu eius. Et cū
Hieron. septuaginta interpretum translationē
minimè demutasse se dicat, quoties idem sensus
cum Hebraica veritate manebat, quamuis ver-

ba variarent: si isti aliter in Græco vel Hebræo quam cõmunis habet æditio,legerint,licet sensus sit idem, tandiu singulos literarum apices vellicare non cessant,donec communẽ Ecclesiæ æditionem corruperint, & aliam hoc est suam fecerint. Non saltem verentur illud Apocal. vltimo. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. In citãdis veteris testamenti scripturis oppositum fecerunt Apostoli,teste eodem Hierony. ad Gal. 3. Hoc autem in omnibus pene testimoniis quæ de veteribus libris in nouo assumpta sunt testamento,obseruare debemus: quòd memoriæ crediderint Euangelistæ vel Apostoli,& tãtum sensu explicato sæpe ordinem cõmutarint,nõnunquam vel detraxerint verba vel addiderint,hæc ille. Itaque si propter plebeios totius Bibliæ in vulgarem sermonem versio tantopere illis est cordi,cur contra tot rudes sacerdotes à quorum ore(iuxta Malachiam) legem exquirunt homines, pro omnibus nota verborum simplicitate suo eleganti,vt aiunt,paucisque cognito sermone scripturæ sensum obnubilãt, quasi illum maiori sacerdotum parti inuideant? audiant igitur rursus eundem Hiero. Illud ipsum repræhendentem to. 2. aduersus luciferia. Denique ex literatis quicunque hodie ordinantur,id habent curæ,non quomodo scripturarum medullas ebibant: sed quomodo aures populi declamatorũ flosculis mulceant. Non quod eloquentiã dãnet Hieronymus: sed quòd eam scripturæ intel

Quorũdam prædicatorum scopus

ligentiæ anteponi quæratur, quaſi ſola ſufficiat, aut ſit pluris, quàm illa vel æqualis.

Vtinam multis hodie talibus carerẽt vel principum curiæ, & eorum blandi loquentia peccata omnia leuiora non fierent, quam ſuadeantur virtutes. Audirent certè illud Satyricum, non ego cum ſcribo, ſi quid tamen aptius exit, laudari metuã (neque enim mihi cornea fibra eſt, ſed recti finemq; extremũq; eſſe recuſo, euge tuum, & belle. Nam belle hoc excute totum, quid non intus habet? ſubaudi, adulationum?

Sufficit, inquiunt, ad ſalutem ſoli Deo *& non homini confiteri.* Cap. 26.



IRCA confeſsionis ſacramentũ ſex fuerunt heræſes. Prima cõfeſsionem nõ à Deo inſtitutam, ſed humana tantum conſtitutione firmatam fuiſſe affirmat. *Sex circa cõfeßionẽ heræſes.*

Secunda, quam Lutherus ſequitur, Soli Deo non homini facta cõfeſsio ſufficit. Tertia, ſuperflua & inutilis eſt cõfeſsio, ſi adſit cõtritio. Quarta, nõ de omnibus mortalibus confitẽdũ eſt, quoniã dum omnia mortalia confiteri volumus: nihil Dei miſericordiæ ignoſcendum volumus relinquere, huic etiam heret Lutherus. Quinta, quæ Valdenſium eſt, ipſam omnio confeſsionem tollit. Sexta, gratiam qua iuſtificetur homo conferri, & confeſſionem ſacramentum eſſe negat, cui fauet etiã impurus Lutherus.

Pro harum ſex hereſum impugnatione vnam potiſsimum autoritatem ex 20. Ioan. cap. proferemus, vbi Chriſtus poſt bis datam diſcipulis pacem: continuo ſubiunxit. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, hæc cum dixiſſet, inſufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum ſanctú. Quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis. Et quorum retinueritis, retenta ſunt. Prima heræſis confeſsionem à Deo inſtitutam fuiſſe negans, hac litera eliditur. In qua ſecundum communẽ omnium doctorum intelligentiam Chriſtus cõfeſsionem inſtituit. Id quod patebit inferius, fatentur etiam communiter omnes, multíque in hoc ſacri æditi ſunt canones, Eccleſiam poteſtatem ſiue iuriſdictionem non habere in actus purè inreriores, quorũ cognitio humanitus haberi non poteſt. Ex quo patet falſum eſſe quod aſſeritur eam humana tantum conſtitutione firmatam fuiſſe. Secunda heræſis, ſoli Deo confitendum eſſe & non ſacerdoti aſſeuerans eo it peſſum, quod Chriſtus ſubiungit in litera, quorum remiſeritis peccata & quorũ retinueritis. Retinere autem peccata eſt ea nõ remittere, nõ abſoluere & inabſoluta remanere, quo ex loco cum B. Iacobi autoritate. 5. cap. ſuæ canonicæ, confitemini alterutrum peccata veſtra (quam præceptum eſſe dicunt S. Thom. & Auguſt. vt ſtatim patebit) ſequitur ſacerdoti confitendi neceſsitas eius, qui mortaliter peccauerit. Nam Chriſtus per Iacobum præcipit confiteri, per ſe autem, abſoluto à ſacerdote remiſsionem pol

licetur delicti, dicens quorum remiseritis pecca ta &c. De quo August.to.9 de visitatione infirmorum libr.2. cap. 4. Non seducat te illa somniantium superstitio, quæ visitando confirmat, quia saluat sacerdote inconsulto ad Deum peccatorum confessio. Non autem abnegamus, quin sit ad Deum frequenter referenda cõfessio peccatorum (beatus etenim qui allidet paruulos vel maximos suos ad Petram, Petra autem Christus est) sed testamur, & testatur sana doctrina, (ne tibi applaudentiũ faueas auribus) quoniam prius eges sacerdotis, qui mediator sit ad Deum tuum, salubri iudicio. Alioqui & sub lege & sub gratia, ite ostẽdite vos sacerdotib⁹. Respõsum diuinũ quomodo consummabitur? Cõfitemini alterutrũ peccata vestra quõ cõplebretur? hæc Augu. Ex his duabus autoritatibus Ioannis & Iacobi, tertia etiam heræsis quę confessionem superfluere dicit: cum adest contritio perimitur, modo intendat (sicut aperte videtur) contritionem non includere exteriorem confessionem in voto, quam si includat, non iã sola, vt dicunt, contritio delet peccatum sine cõfessione: cum eam in intentione importet, quod si ex hypothesi rectè (vt decet cõtrit⁹) nõ in debito postea tempore confiteatur, ille nouæ omissionis peccato peccat, remissa iam vi prioris cõtritionis confessionem includentis in voto, culpa nec in se redeunte. Verum illorum contritionis insufficiẽtiam tali probemus ratione. *Quod sola cõtritio sine cõfeßiõe exteriori in re uel uoto nõ sufficiat.*

Nullus scienter ac voluntarie, id omittens in

re vel in intensione, ad quod Deus vult eum ita (vt dictum est) obligatum esse ad consequendã suorum peccatorum remißionem: illam per solam istorum cõtritionem obtinere potest: atqui exterior confeßio, id, est ad quod Deus vult eũ in re aut voto obligatum esse ad suorum peccatorum remißionem consequendam. Sine igitur confeßione exteriori vel eiusdem intensione, quemquã de peccatis suis pœnitere non potest. Nota est consequentia cum minore ex prędictis duabus autoritatibus, maioris autem oppositũ manifestam repugnantiam inuoluit, quòd videlicet quis id scienter & libere omittat ad quod eum vult Deus obligatum esse ad obtinendam suorum peccaminum veniã: & quòd sibi simul & semel sua peccata dimittantur. Hæc heræsis septimus error est Ioannis Vuicleff in cõstantien. concilio damnatus sub his verbis. Si homo debite fuerit contritus: omnis exterior confeßio est ei superflua & inanis. Quarta heræsis non de omnibus mortalibus confitendum esse affirmans, destruitur ex scripturæ modo dicẽtis, quorum remiseritis peccata & quorum retinueritis, non enim dicit, quæ remiseritis vel quę retinueritis: sed quorum, vt ostendat omnia peccatoris aut nulla remittenda esse peccata. Impium est enim à Deo dimidiam sperare veniam, & Deut. 32. Dei perfecta sunt opera, & quem Deus sanat: perfectè sanat. Ioan. 7. Totum hominem sanum fecit in sabbato. Adde quòd regni simul ac perditionis filius poßit esse nemo.

Quinta vero, quæ omnino confeſsionẽ aufert nihil habet apparentiæ cum nil nobis ſuperfluũ in Euangelio vel inutile tradiderit Chriſtus; eorũ maximè quæ ad ſpiritualem hominis medelam pertinent, qualia ſunt ſacramenta ipſa.

Sexta & vltima, gratiam conferri & ſacramẽtum eſſe negans (quo cum priori concordat) ſubſiſtere nequit, cum proprius in litera miniſter ĩverbis aſsignetur, ſicut miſit me pater, & ego mitto vos. Per quę ab huiuſmodi miniſterio reiiciũtur layci ac alii quicunque non miſsi, nec ſacerdotes, quibus ſcilicet dictũ nõ eſt, accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata; contra Valdenſes oppoſitum aſſerentes.

Materia vero ſacramenti eſt peccator ſua recte confeſſus peccata, remota quidem (vt aiũt) formalis vero, eorum confeſsio. Forma ea eſt quam à Chriſto Apoſtoli ab his acceptam retinet & qua quotidie vtitur Eccleſia, ego abſoluo te &c. Effectus ſacramenti gratia eſt gratum faciens. De lege ſiquidem ordinata impoſsibile eſt mortalem culpam remitti abſque nouæ infuſione gratiæ. Verum ne quid ſcrupuli cuiquã forte relinquatur confeſsionem tantum eſſe humani conſilii & non diuini præcepti. Habes ex ſecundæ circa confeſsionem heræſis impugnatione ex litera diuini præcepti neceſsitatem ſuppoſito B. Iacobi mandato. Vt enim non retineãtur peccata, id eſt vt remittantur, illa ſacerdoti peccator manifeſtet oportet (nemo etenim de ſibi occultis recte ſententiam profert) quatenus

Quod exterior confeſsio ſit de iure diuino

ſciat ille, digna ne ſint remiſsione an (vt ſonat litera) retentione. Manifeſtet, inquam, non publicè (vt quidã volunt) nemo enim ſine cauſa ſeipſum diffamare poteſt, cum illud cõtra charitatẽ militet ad proximum, nedum ad ſe, ſecrete igitur & in aurem illa reuelet ſacerdotis abſoluendi poteſtatem habentis, eſt enim abſoluere in quocunque foro iuriſdictionis actus.

Confeſsionis huius præceptum multis in locis habes vſum quoq; & in primitiua Eccleſia. Iacobi 5. de quo iam dictum eſt, vbi S. Thom. confeſsionẽ quo ad mortale dicit eſſe præcepti: quo ad veniale autem conſilii. 1. Ioan. 1. ſi confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra. Et Acto. 19. cap.

Multique credentium veniebant confitentes & ãnunciantes actus ſuos. Si credẽtes erant (hoc enim habet litera) illi certe Apoſtolorũ & Eccleſiæ de confitendis peccatis conſuetudinem ad nos vſque deuolutam obſeruabant, alioqui inſufficiens fuiſſet illorum cõfeſsio. Neque enim Iacobus vel Ioannes ipſe, de alia confeſsione loquuntur, quã quæ à Chriſto fuerat inſtituta teſte ipſomet Auguſt. to. 10. de tempore ſermone 65. & 66. Vbi prædictas omnes autoritates ad iam dictum ſenſum adducit, addẽs & illam Prouerb. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua: non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur, quomodo, inquit, poteſt medicus vulnus ſanare, quod ægrotus oſtendere erubeſcit? Optimè ſe iudicet homo in

hac vita, ne iudicetur à Deo damnatione perpe petua, hæc ille, quibus verbis intelligit etiã Augustinus præmissam autoritatem de auriculari confessione pro tempore nouæ legis. Ex his igitur satis superque in confesso est christianæ & Euangelicę confessionis necessitas & omniũ prædictarum sex heræsum vanitas & fallitas.

Irrident eos qui luminaria offerunt sanctis, ad illuminandas Ecclesias. Cap. 27.



LVMINARIVM vsus non recẽter est in Ecclesiã introductus. Nam Leuit. 6. Ita pręcipiebatur ignis autem in altari semper ardebit: quẽ nutriet sacerdos subiiciens ligna mane per singulos dies, & imposito holocausto desuper ardebit adipes pacificorum. Ignis ille est perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Et cap. 9. offerente Aaron holocaustum ac depræcante pro se & pro populo apparuit gloria domini omni multitudini. Et ecce egressus ignis à domino deuorauit holocaustum & adipes, qui erant super altare, quod cum vidissent turbæ: laudauerunt dominum ruentes in facies suas. Hunc locum exponens dominus Rupertus sic habet. Cum de his quæ obtulerat Moyses, nihil tale actum fuerit: sicut de his quæ Aaron obtulit. Quidnã hoc sibi vult; nisi quia non per sacrificia legis, quæ per Moysen figurabatur, sed per sacrificiũ

Quid per Moysen & ei⁹ sacrificia

cia qd rursus per Aaron & ei⁹ sacrificia olim figurabatur.

Christi (cuius Aaron typus fuit) Spiritussanctus in remissionem peccatorum datus est nobis? ignis autem semper ardebit, quem nutriet sacerdos. Nam quia verus iste ignis, qui nunc in prima resurrectione animarum, peccata consumit: & post in secunda resurrectione, corporum quoque mortalitatem siue corruptionẽ deuorabit, nunquam deficere debet in altari, id est in fide per quam Christus habitet in cordibus nostris. Idcirco magno mysterio decretum est, vt ille ignis visibilis egressus à domino, qui holocaustum deuorauit, videntibus turbis ac ruentibus in facies suas, & laudantibus dominũ, nũquam deficeret: sed sacerdote ligna semper subiiciẽte semper arderet in altari, hæc ille. Ex quibus patet iugem illum ignem non tam ad statum veteris testamenti pertinuisse quàm ad noui, cuius erat figura. In quo fidelis quisq; qui membrum vtique summi sacerdotis effectus est, sicut in cunctis fidelibus Petrus apostolus dicit. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, sicut, item Ioan. in Apocal. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, ne in eo charitatis flãma deficiat, in corde suo: tã exẽpla præcedentium quam sacræ scripturæ testimonia velut ligna quædam congerere non desistat. Propter quod concilium Toletanũ quartum, quod vniuersale fuit. 8. ca. ita præcipit. Lucerna & cereus infra vigilias apud quasdã Ecclesias nõ benedicitur: & à nobis cur benedicatur, inquirunt. Propter gloriosum enim ipsius noctis sacramentum

hæc ſolemniter benedicimus, vt ſacrę reſurrectionis Chriſti myſterium, quod tempore huius noctis votiue aduenit, benedictione ſanctificati luminis ſuſcipiam9. Et quia hæc obſeruatio per multarum loca terrarum regionéſque Hyſpaniæ in Eccleſiis commendatur: dignum eſt propter vnitatem pacis vt & in Gallicanis Eccleſiis obſeruetur. Nulli autem impune erit: qui hoc cõtempſerit, ſed patrum regulis ſubiacebit, hæc concilium. Adde quod & cereus ardens magnum nobis Chriſti ſacramentum refert, quoniam paruula quæ ſubſtantiam cerę apes mater educit: abſque concubitu concipit & parit, cui recte cõparatur virgo Maria Dei genitrix, quæ inuiolata nobis Deum in carne quaſi mel in cera protulit. Triplex enim cerei ſubſtantia', triplicem Chriſti illique reſpondentem nobis naturam ſiue ſubſtantiam inſinuat. Cera ſacratum Chriſti corpus, linum ſiue Elichnyum ardens, ſanctam Chriſti animã diuini amoris igne ſemper inflammatam', per ignem autem quo ardet vtrũque, ineffabilis Chriſti diuinitas nobis ſpiritualiter intimatur. Et inde putarim ſanctã matrem Eccleſiã cereorũ luminaribus potius quã candelarum ex ſeuo, in miſſarum ſacrificiis ſemper vti ſolitam. Accedat denique Hieronymi de hac re ſententia aduerſus Vigilantium dicentis. Per totas orientis Eccleſias quando legendũ eſt Euangelium accenduntur luminaria iam Sole rutilante, non vti que ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum letitiæ demonſtrandum. Vnde &


Apis mellificæ & deiparæ uirginis cõparatio.

Hiero. contra Vigilantium de luminaribus accẽdendis cũ legitur Euangeliũ.

virgines illę Euangelicæ ſemper habent accen- ſas lāpades ſuas, & ad Apoſtolos dicitur ſint lū- bi veſtri præcincti & lucernæ ardentes in mani- bus veſtris. Vt ſub typo luminis corporalis, il- la lux oſtendatur, de qua in pſalterio legimus, lu cerna pedibus meis verbum tuum domine, & lu men ſemitis meis, hæc ille. Hoc idem etiam per omnes occidue mūdi plagæ fit Eccleſias ad de- ſignandum lumine illo ſenſibili ipſam lucē ſpi- ritualem, quæ per Euangelium toto orbe terra- rum depulſis errorum tenebris inſigniter efful- ſit. Taceant igitur heræticí, ac vſum lumina rium in vtroque teſtamento non ſine magno ſi gnificationis myſterio ſemper fuiſſe intelligāt.

Cap. 28.

Ex eo quod dicūt Valdenſes nullum eſſe purgatoriū ut patuit ſuperius. 18. cap deducūt nullas eſſe indulgen tias & papam nullam prorſus habere poteſtatem in- dulgentias conferendi, quas ſi conceſſerit nullius dicūt eſſe ualoris.



VIVS erroris fuit Ioannes Vuicleff cum Valdēſibus qui- bus ſuccesſit Martinus Luthe rus multarum heræſum heræs ac reparator inſignis. Cum autem ſuperius in heræſi de purgatorio probatum fuerit, culpa peccati iam remiſſa plerumque pœnā hic vel in futuro ſeculo exoluendam remanere: reli- quū fuerit intelligere qualiter ſancta mater Eç-

clesia indulgentiarum largitione filiis suis viuis & defunctis piè semper ac misericorditer subueniat. Id quod hęc heræsis inficiatur. Itaque cum præceptum de dilectione proximi ad omnem omnino proximum extendatur: si Christi fideles in gratia cum temporalis pœnæ obligatione defunctos proximos nostros ac viua Ecclesiæ militantis membra esse ostenderimus, consequens fuerit vt si eis subuenire possimus, nos illud diuino præcepto efficere teneamur. Qui autem in purgatorio igne pœnas dependent, licet inde exire, vel ab illa se pœna liberare non possint, donec nouissimum quadrantem per propriam satispassionem, aut pœnæ per alios satisfactionem reddiderint: quia tamen nōdum sunt omnino in viæ termino queādmodū beati vel damnati, ad militantem Christi Ecclesiam tanquam viua illius membra charitatis & indigētiæ nostræ participatione merito esse creduntur. Porrò quicunque iuxta Christi de homine ab Ierusalem in Hierycο descendente, parabolam, alteri bene facere & ab eodem bene pati potest, illius (vt dicunt doctores) proximus esse censetur, tales autem defuncti cum in gratia decesserint, suis apud Deum orationibus prodesse. (neq; enim ociosa esse potest eorum erga suos benefactores charitas) Et nos illis nostros vicissim ac mutuo præcibus & elemosinis subuenire possimus, vt nostri proximi sint & dicantur necesse est. Spiritu sancto olim per Ecclesiā prouidente, vt in missarum suffragiis specialis

Quod qui purgantur in alio seculo nostri sint pximi.

eorum fieret commendatio. Dicit etiam dominus Gerson tracta.3.de cãticis, animę in purgatorio habent cum afflictione solatium ex certa spe beatitudinis, & Ecclesię generalibus subsidiis, & piis amicorum suffragiis, & (quia charitas congaudet veritati) correctionis, hæc ille.

Quod ĩ purgatorio existentes nos nos iuuare poßint.

Quòd autem in purgatorio existentes suis apud Deum præcibus nobis subuenire possint, ꝓbat Petrus Damianus de beato Seuerino Colonien. Ecclesiæ Episcopo, qui purgatoriis pœnis detentus, claruit in terris miraculis. Idem refert B. Gregor. lib. 4. Dialogorum de beato Pascasio Romanæ Ecclesiæ Diacono. Neque negandum est quosdam diutius purgari qui maioris sunt apud Deum meriti & per cõsequens potentiores nonnullis citius liberatis quod patet vel de pueris statim post baptisma decedentibꝰ.

Cum igitur patiente vno membro compatiãtur & reliqua. 1. Corinth. 12. Si nos defunctorũ pœnam per piam (vt oportet) subuentionem non sentimus: profecto viua cũ eis Christi corporis mẽbra minimè esse conuincimur. De quibus August. to. 10. Sermone 44. Ora ergo pro defunctis, vt dum fuerint in æterna vita, pro te orare non negligant. Clamant igitur quotidie, qui iacent in tormentis, clamant, & pauci sunt, qui respondeant, vlulant, & non est, qui consoletur eos. O verè magna inhumanitas? Ecce enim infirmus iacet & clamat: & medicus cõsolatur. Clamat porcus, & omnes cum eo clamare non cessant, cadit asinus, & omnes eum subleuare sę

ſtinant. Sed clamat in tormentis fidelis: & non eſt:qui reſpõdeat. Ecce veſtra inhumanitas fratres. Eia ergo,non ſic,ſed mementote quod ſancta & ſalubris,pia & fœlix & ſuauis Deo & angelis eſt cogitatio,ꝓ defunctis exorare,vt à pœnis quas pro peccatis patiuntur ſoluantur, hæc ille. Huius veritatis oppoſitum fuiſſe fertur AErianorũ heræſis qui ſacrificiũ pro defunctis offerre ſpernebant. Minimè autem conſentaneum rationi videtur primã matrem Eccleſiam illorum filiorum omnino curam abieciſſe, cum eos ſua ope maximè nouerit indigere,nec ſibimet ipſis ſuccurrere poſſe. Sed fortè dices, vnde habet ergo illa indulgẽtias (de illis enim eſt ſermo)quibus eis ſuccurrat,& quomodo? Dico eam primo à Criſto capite & ſponſo ſuo pro nobis merente & moriente eas accepiſſe, deinde à nobilioribus membris ſuis veluti ab Apoſtolis, martyribus & confeſſoribus,qui omnes ſuis quibus abundabant meritis theſaurum Eccleſiæ repleuerunt:& quicquid ad pœnę debitæ ſolutionem(qua non indigebant)promeruerũt:id totũ ob corporis myſtici vnionem ad delendas aliorum membrorum pœnas ſupererogauerunt.

AErianorũ hæreſis.

Vnde habeat Eccleſia indulgẽtias.

Quemadmodum (ne à naturalis corporis analogia recedamus, nobiliora ac vegetiora humani corporis membra inferioribus membris bona ſua impertiuntur ac communicant. Veluti epar venis ſanguinem, cor aliis membris vitales ſpiritus,& caput animales, quibus,vt dicũt, fit ſenſatio. Et ne id ſola Pauli de corpore hu-

A naturali ad myſticũ corpus analogia ex Paulo.

mano analogia tibi persuadere velle videamur, qui scripturæ autoritate quo ad fieri potest nitimur: audi quid de huiusmodi thesauro déque eius cõmunicatione dicat Apostolus ad Colo. 1. Gaudeo in passionibus pro vobis: & adimpleo ea quæ desunt possionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est Ecclesia. Vbi Augu. suas passiones dicit esse Christi, quia nostræ passiones qui sumus Christi membra, Christi sunt. Quicquid ergo pateris ab eis, qui non sunt in membris Christi, deerat passionibus Christi. Ideo dicitur deerat, mensuram implens non superfundens, hæc illé. Vbi notãdum Christi nomen in prædicta Pauli autoritate non pro Christo tantũ capite, sed pro toto eius corpore quod est Christus & Ecclesia, accipi debere. quomodo intelligitur illud. 1. Corinth. 12. Sicut enim corpus vnum est, vbi idem August. Nescio quo enim modo minus fit: quod patitur vnum membrum: si compatiantur omnia membra. Nec ipsa mali releuatio fit per communionem cladis, sed per solatium charitatis. Ex hac Pauli ad colo. autoritate & ea quam modo ex Iob subiiciam, facile fuerit colligere sanctos dum hic viuerent, multo plus passos fuisse tribulationum: quam pro suis peccatis pati commeruerĩt.

Sancti plura passi sint quã cõmeruerint unde scaturiũt indulgentiæ.

In superabundantia autẽ passionum consistit superabundantia satisfactionũ, opus siquidẽ pœnale & moritoriũ vltra gratiæ (q̃ operans meretur) debitum, ex Dei liberalitate semper alicuius pœnæ satisfactorum est. Neque vniuersaliter verũ est: nec sic intelligẽdum: quod quic-

quid patimur ſinguli:peccata noſtra meruerũt. Nec ille ſingulare exempla patientiæ Iob bene ſibi conſcius perperam & male optabat Iob.6. dicens. Vtinam appẽderentur peccata mea,quibus iram merui,& calamitas:quã patior,in ſtatera: quaſi arena maris hęc grauior appareret. Eius enim amici plagarum ac doloris vehementiam conſiderantes,illum coram Deo peccatorem maximum iudicabãt, putabant enim nihil hic tribulationis pati poſſe hominem, quod ille ſuis peccatis nõ prius cõmeruiſſet. & ita à doloris magnitudine de ipſius Iob peccatis iudicabant errantes. Ex quibus ſatis perſpicuum eſt talem meritorum theſaurum ſemper in Eccleſia eſſe eundemq́ue irremuneratũ remanere non poſſe,ſicut nec malum quodcunque impunitũ. *Theſaurus Eccleſiæ & à quibus diſtribuatur.*

Super eſt igitur intelligere quo modo & à quibus ipſis defũctis diſtribued⁹ veniat huiuſmodi theſaurus,quo ſemel habito,dubium eſſe nõ debet de viatoribus,quamuis forte non eodem vtriſque modo applicetur. Cum itaque poſt caput Chriſtum in omnia Eccleſiæ ſuæ membra influens,maxima ſponſę Eccleſiæ autoritas eſſe credatur : poſt eam nullus æque idoneus ac Petrus cum ſucceſſoribus inueniri poteſt quibus Chriſtus Eccleſiæ paſturam cõmiſit. Sed paucis probemus vtramq́ue,& Eccleſiæ & Petri autoritatem. Eccleſiæ primo,ex eo, quòd generalium conciliorum definitione Eccleſia ſit ſupra papam,quem & inſtituere & ex cauſa deſtituere poteſt imò de facto deſtituit, vt patet de con *Eccleſ a ſu pra papam & oppoſitũ heræſis.*

ſtantienſi conſilio, teſte etiam domino Ioanne Gerſono ſecunda parte operum, de materia excommunicatio. & irregula. conſideratione octaua, qui Gerſon dicto conſilio interfuit, & huius veritatis oppoſitum dicit herẹſim à dicto concilio damnatam fuiſſe quicquid dicat Panor. oppoſitum ſentẽtiens cum paucis aliis qui ſi aliàs dicti concilii cõſtitutiones admittãt quare hãc omnium primam reiicient? Adde quòd Eccleſiæ ſoli data eſt indeuiabilitas à Chriſto vt ſuperius patuit cap. 2. Hæc igitur vniuerſalis Eccleſia in Spirituſſancto (vt oportet) cõgregata, de huiuſmodi theſauro largitur ĩdulgẽtias ſicut in dicto Conſtantienſ. concilio & aliis factum fuiſſe legimus. Poſt hanc ſuccedit & Petrus vel eius ſucceſſor cui dictum eſt, quodcunque ligaueris ſuper terram & quodcunque ſolueris: erit ſolutum & in cœlis, qui locus ſanè intelligi debet ſecundum ſubiectam materiam. Quædam enim liganda & ſoluenda ſunt à Chriſti miniſtro per ſolam ſacramentorum adminiſtrationem, quales ſunt mortales culpæ. Quædam etiã ſine ſacramentis, veluti pœnarum ſatisfactiones ex quibuſdam ſacramentis relictarum, nec penitus remiſſarũ deleta culpa. Ex eo enim quòd ſancti prædicta bona ſua reliquis aliter quàm ꝑ ſacramenta communicare potuiſſent, cõſequẽs eſt tales ſatisfactiones ſuapte natura aliis aliter quàm per ſacramenta eſſe communicabiles. Et iuxta hanc diſtinctionem intelligendum venit. quodcũque ſolueris ſuper terram, eo ſcilicet mo

Quodcũq; ligaueris ſuper terram quî intelligatur.

do quo solubile est, vel per sacramenta vel sine illis. Si vero obiicias illa quæ ad peccatorum remissionem pertinent, solum commissa fuisse prælatis Ecclesiæ mediantibus sacramentis: verum quidem de simpliciter spectantibus ad peccatorum remissionem, quales sunt mortales culpæ, non autem de illis, quæ solum secundũ quid pertinent, velut tẽporalis pœnę remissio actuali peccato iam quoad culpam remisso, debitæ. Præsupponit enim peccatum simpliciter esse remissum, & secundum quid minimum temporalem videlicet pœnam remittendum. Id quod recte fit etiã sine sacramentis conformiter ad Paulũ 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & 2. ad Corinth. 2. Nam & ego quod donaui, si quid donaui: ꝓpter vos in persona Christi. Cæterum quoniam defunctorũ animæ non super terram, vbi data est Petro potestas, sed sub terra esse creduntur. Petri iurisdictio non ad eas extendi posse videtur. Propter quod communiter dicunt eis via suffragii à Petro vel Ecclesia & piis operibus à particularibus personis subueniri posse: non tamen iurisdictionis via, quæ Petro tantũ in eos qui super terrã sunt, data est. Possunt nihilominus illis applicari indulgentiæ modo statim declarando: cũ tales defuncti sint viua Christi corporis mẽbra.

Obiectionis solutio.

Sicut enim naturale caput non in aliqua, & aliqua nõ sua membra influit, sed in omnia, modo præcisa non sint, quantum cuique expedit, sua elargitur: ita nec Ecclesiæ caput Christus,

Quõ applicari poßint defunctis indulgẽtiæ cũ illi super terrã non sint.

Nec ex consequenti Ecclesia, vel Christi vicarius. In solos viuentes neglectis amicis vita functis in tormentis indulgentias largientur.

Quomodo defũcti sint super terrã. Et cum obiicis eos super terram non esse. Satis sunt super terram quantum ad solutionem à pœnis quam meruerunt in gratia decedentes iuxta August. Possunt etiam dici esse super terram quo ad misericordiæ forum, & forte iustitiæ, ratione videlicet delicti super terram perpetrati vt patet. 3. q. 6. ca. q crimẽ. Nec cõsequẽs est, vt si eos papa in purgatorio soluere queat: ergo & ligare, quia cũ super terrã essẽt post mortẽ, solui tãtũ nõ autẽ ligari meruerunt. Nec est simile de dãnatis qui propter obstinationẽ in qua permanent, non sunt solutionis capaces. Ne dedecus iniustitiæ remaneat sine decore iustitiæ, id est eorum culpa sine pœna illam re ordinante.

Adde quod damnati omnino sunt extra viã sicut & beati, qui autem purgantur: quodã modo medii, extra viam quidem sunt quo ad noui meriti aut demeriti rationem & in via nobiscũ sunt, quo ad redimẽdæ pœnę tẽporalis solutionẽ. Est autẽ quadruplex absolutio secũdũ do. Gersonum, vna sacramentalis, in foro conscientiæ. Secunda iurisdictionis, in foro Ecclesiæ, tertia est satisfactoria, & quarta depræcatoria.


Multiplex defuncti absolutio p modum satisfactiõis. Prima inquit, defuncto competere non potest, quoniam à mortuo perit confessio. Per modum autẽ satisfactionis potest defunctus à pœna multipliciter absolui vno modo, vbi particularis persona suæ satisfactionis meritum appli-

cat defuncto. Secundo cum hoc facit particularis congregatio, vel congregationis caput.

Tertio, si papa communicare velit de thesauro Ecclesiæ, per modum indulgentiæ. Fundamentum datur in articulo Symboli: sanctorum communionem, in quo fundatur valor suffragiorum pro defunctis factorũ per viuos. Quãuis enim habiles non sint defuncti facere, quæ communiter instituuntur pro indulgentiarum perceptione, vt quod contribuant, ieiunent, & similia. Potest tamen papalis autoritas concedere: vt si pro illis talia viui faciãt ad indulgentias requisita, prosint eis. Constat deniq; quod per modum depræcationis & impetrationis potest defunctus in purgatorio absolui, iuxta communem doctrinam omnium doctorum & ritum vniuersalis Ecclesiæ, quæ pro defunctis instituit orationes & suffragia. Hæc Gerson. 42. etiam error Ioannis Vuicleff damnatus erat hic. fatuũ est credere indulgentias papę & Episcoporum.

Ex his omnibus colligimus Ecclesiam, summum pontificem, & alios inferiores prælatos, indulgentias de sæpe dicto Ecclesiæ thesauro tã viuis quã defunctis pro pia & rationabili caussa elargiri posse: sicq; elargitas suũ effectum, vĩ ac robur obtinere, quorum contrarium nimis temere affirmat, hæc secta. Visum est ex vsu fore paucas etiam (quæ sequuntur) heræses, licet Valdensium cathalogo non contineantur, hic subnectere, cum superioribus sint forte deteriores, nec minus in vsu.

Cap.29. *Non est quod quisquam sese maceret operibus satisfactoriis, Christus dependit abunde pro nobis.*



TAMETSI Christus sua gloriosissima passione pro omnibus omnium peccatis sufficienter satisfecerit: tã eorũ qui ante eius mortem fuerunt, q̃ qui post vsque ad finem seculi: non tamen omnibus finaliter ad motum & applicatum fuit illius meritum. vt patet de Pharaone, Herode, Iuda proditore, & aliis quam plurimis damnatis. Neque enim quo ad culpæ finalis neque quo ad pœnæ remissionem eis profuit Christi passio. quam tamen beatis omnibus profuisse ac aliis quotidie prodesse nemo est qui dubitet, ex quo assignanda venit diuersitatis ratio. Itaque cũ præciosissima Christi passio tanquam causa vniuersalis remissionis peccatorũ omnibus proposita sit, vel vt præuisa ꝑpter antiquos patres, aut vt iam exhibita propter eos qui ab ea fuerunt, & erũt vsque ad finẽ seculi: vt eadem omnibus & singulis prosit: eisdem velut cõmunis quædã medicina applicetur necesse est. siue per oblationes, decimas, sacrificia, & circuncisionẽ velut ante Christi aduentum, siue post, per baptisma & reliqua Ecclesiæ sacramenta quæ à Christi merito efficaciam habent quo ad culpæ & pœnæ remissionẽ, siue per indulgẽtias ex Ecclesię thesauro deprõptas, quantũ ad pœnæ peccatis quo ad culpã remissis debite deletionẽ. aut

Christi passio ut caussa uniuersalis remißionis peccatorũ, proposita solis (quib⁹ applicatur) prodest.

per viam redemptionis quomodo hortabatur Daniel propheta regem Nabuchodonosor Daniel 4.dicens, Quamobrem rex consilium meũ tibi placeat:peccata tua eleemosynis redime:& iniquitates tuas misericordiis pauperum, & forsitan ignocet Deus delictis tuis,qui omnes applicationis modi passioni Christi innituntur & merito per fidem applicito. Et quamuis de se sit sufficiens Christi passio ad omnium culpam & pœnam omnem delendam(vt dictum est) cũ copiosa sit apud eum redemptio: tamen secundum modum quo homo virtutẽ passionis Christi & efficaciam participat: reãtus quoque temporalis pœnæ remissionem consequitur,& percipit. Et quia in baptismo peccator passiõis virtutem plene participat & assimilatur Christo, iccirco tota ei pœna cum culpa dimittitur, dicente Apostol.Rom.6.quicunque baptisati sumus in Christo Iesu: in morte ipsius baptisati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem,& ad Colos.2. In quo circuncisi estis in circuncisione Christi,consepulti ei in baptismo,in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei,qui suscitauit illum à mortuis vbi August.quia ergo ex ista resurrectionis fide iustificamur: ideo & illud de Christo apostolicum est, quia mortuus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostrã hæc ille, sicut enim morte sua Christus culpam omnem nostram & pœnã sufficienter licet non efficaciter deleuit;ac per resurrectionẽ vitam no-

Iuxta applicatæ passionis modũ homo consequitur remissionẽ pœnæ peccatorum.

uā inchoauit:ita & peccator in baptiſmi immer ſione(qua morti Chriſti ac ſepulturæ configura tur, & emerſiõe (qua reſurrectioni) omnē pœnā & culpā euacuat, nouā vitā incoando. Propter quod nulla pœnitentia iniungi ſolet recenter baptiſato, niſi iuxta doctorem ſubtilem, vt obicem non ponat, id eſt ſi ſit adultus eum com miſſorum pœniteat. Cum autem duplam pec cato corporis & animæ mortem cõtraxerimus: mirum eſſe non debet, ſi non continuò immortale baptiſati ſicut & Chriſti reſurgentis corp⁹ reddatur. Nam teſte Ruperto in baptiſmo vnius ſimplę mortis Chriſti(quam ſuſcepit)ſimilitudo eſt. Nos autem duplam corporis & animæ debentes, vnam à nobis mortem (quæ erat animæ)ſaluatrix gratia depulit. Aliam vero iuſtitię cenſura ſeruauit. Nam mortem quidem animæ contumax diuinitatis appetitus intulit, corpori autem materiam ſemper viuendi ſubueniendo potius quàm perſequendo Deus abſtulit dicens. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis fact⁹ es, & paulo pòſt videte, ne mittat manū ſuā, & ſumat de ligno vitę, & viuat in æternum Gene.3. Quid enim eſt vitiato homini vita æterna, niſi æterna miſeria? hæc ille. Idem ſenſit Irenæus lib.3.ca.35. Immortalem autem corporis gloriā ſoli boni habebũt in reſurrectione teſte Apoſtolo.1.Corinth.15. Omnes quidem reſur gemus, ſed nõ omnes immutabimur. Et Ro.8. Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, habitat in vobis: viuificabit &

Adulto cum baptiſatur nulla pœnitentia, niſi ut de præteritis doleat iniungitur.

Peccato duplā corporis uidelicet & animæ mortē cõtraximus

Homini uitatio æterna uita æterna eſt miſeria.

mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. In sacramento vero pœnitentiæ quia non ita plene participat passionis virtutem peccator, quamuis tota culpa cum aliqua parte pœnæ remittatur, non tamen regulariter tota pœna absorbetur. Nisi ea fortè peccatis commensurata siue iniuncta siue voluntarie accepta pœnæ Christi similitudinem sufficiēter exprimat, & ei configuretur. Mortale enim peccatum, secundū S. Tho. Duo in se includit. auersionem à summo & incommutabili bono & conuersionem ad creaturam bonum temporale & commutabile. Ex parte prioris peccatori debetur pœna æterna propter scilicet voluntariam ab illo æterno bono auersionem, posteriori vero pœna tantum temporalis. Etenim culpæ inordinatio ad iustitiæ rectitudinem non reducitur, nisi per pœnam. Iustum enim est, vt qui voluntati suæ plusquam debuit, indulsit contra voluntatem patiatur aliquid, quo fiat æqualitas, iuxta Apocal. 18. Quantum glorificauit se, & in deletiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Quia tamen finita est illa peccatoris ad bonum commutabile conuersio, non habet ex hoc peccatum quod eius auctor pœna puniatur æterna, sed tantum temporali, quæ (vt dictū est) plerumque soluenda remanet culpa iam soluta. Sed hæc pro huius materiæ intelligentia præmissa fuerint. Reliquū est vt ad institutum reuertamur. Si secundū eos, non est, quod quisquam sese maceret operibus satisfactoriis, eo ꝙ

Cur in sacramento pœnitentiæ non regulariter remittatur tota pœna sicut in baptismo.

Duo includit mortale peccatū.

Culpæ per pœnā reordinatio.

ſolus Chriſtus omnem pro nobis pœnam exolueritः cur igitur ille poſt Ioānem baptiſtam ſuā prædicationem inchoauit à pœnitentia dicēs, Matthæi 4. Pœnitentiam agite appropinquauit enim regnum cœlorum? Quare Luc.13. præſentibus & qui tūc aderāt, eorū exēplo: ſup quos turris Syloë ceciderat, & mortui fuerāt, cōminabatur dicēs, Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt, nō, dico vobis, ſed niſi pœnitētiam habueritis: omnes ſimiliter peribitis. Luc.5.cap. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Et B. Petrus Acto.3. Iudęis corde cōpunctis dicebat, pœnitentiam agite & baptiſetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum. Item ſeq. cap. pœnitemini igitur, & conuertimini vt deleantur peccata veſtra, & Acto.17. cap. Dicebat Paulus. Et tempora quidē ignorantiæ deſpiciens Deus nunc annunciat hominibus vt omnes vbiq; pœnitentiam agant. Nemo inquit Auguſt. volūtatis ſuæ arbiter poteſt poſt veterem, nouam incoare vitam, niſi eum pœniteat præteritæ. Et ne fallaris, pœnitentia (de qua fit ſermo) ſatisfactionem quæ pœnalis eſt importat.

Cap.30. *Non ad ſalutē refert bona an mala ſint opera noſtra, tantum crede illum pro te redimendo mortuum, & ſaluus eris: qualiacunque fuerint opera tua.*



VM nil tã sit in scripturæ vsu, nihil quod sæpius ingerat illa, quàm vt bona semper opera faciamus: illisque quo tandem saluemur, semper intẽti simus. Quid aliud existimandum putamus, quã zizania hæc (quibus Ecclesiæ fructus suffocetur) ꝑ inimicũ hominem, id est diabolum, dormientibus hominibus quibus Ecclesiæ cura incumbit, suis mẽbris hoc est heræticis insita fuisse & iniecta?

Bona semꝑ opera commẽdat scriptura.

Nec dubium quin ea, qua in nos semper exarsit, ille inuidia factum sit. Imprimis tu qui homini ocioso nihilque boni operis nauãti fœlicitatem sic acquiri tradis: attende quòd Deus hominem recens creatum cum adhuc in statu esset innocentiæ, operari voluerit Gene. 2. Tulit ergo Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum, & eidem post peccatum dictum est. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Rursus 4. cap. Notabilis boni & mali operis Abel & Chaim discretio ponitur. Respexit enim Deus ad Abel & ad munera eius. Ad Chaim autem & ad munera illius non respexit. Dicere non potes fidẽ, quã tãtopere iactas, nõ habuisse Chaim, cũ eidẽ Deo cui & Abel, sua munera obtulerit. Nec in hoc peccauit ipse, sed in eo, quod nõ recte diuiserit, nec recto aĩo velut Abel obtulerit. Bonorũ operũ gloriosus est fructus. Sapien. 10. & Iterũ.

Diaboli in omnes inuidia qua ꝑ sua mẽbra alios ꝑsequitur.

Abel & Chaim diuersa opa.

Reddet dominus Deus iustis mercedem laborũ suorum. Dauid quoque, domine quis habitabit in tabernaculo tuo? qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, qui facit hæc: non mouebitur in æternum, non sicut tu, dixit. Qui tantũ credit hæc: vt ostenderet solam sine operibus fidem minime sufficere, quamuis ea sit necessario requisita. Matth. 7. nõ omnis, qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit volũtatẽ patris mei q̃ est in cœlis. facere patris voluntatem opus importat: sicut dicit Apost. Petrus 2 Pet. 1. Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certã vestrã vocationem & electionem faciatis, sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternũ regnum domini Saluatoris nostri. De sola autem fide dicit Apostolus 1. Corinth. 13. Si habuero omnẽ fidem ita vt montes transferã: charitatem autem non habuero, nihil sum. Hieron. Exponens illud ad Gal. 3. Quia iustus ex fide viuit, dicit vt quicunque fidelis esset, & per fidẽ victurus, non aliter posſit ad fidem venire vel in ea viuere, nisi prius iustus fuisset: & puritate vitæ quasi quibusdam ad fidem gradibus ascendisset, hæc ille. Hic iustus primũ sine fide intelligitur, qui naturalem illã iustitiam obseruat ob quam speciali Dei fretus auxilio, fidei iustitiam promeretur de congruo, de quo exemplum habes de Cornelio. Acto. 10. cap. Iacobi 2. tu fidẽ habes, & ego opera habeo, ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostẽdam tibi ex ope

Sola fides quid.

Qualis iustus sine fide.

ribus fidem meam. Hic Apostolus Iacobus' ope ra sua non separat à fide, sicut tu, sed ea coniungit, tu credis, inquit, quod vnus est Deus, bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt, ex hoc loco manifeste patet fidẽ sine operibus cessante impedimento nõ sufficere. cum ea sola sit in Demonibus sine fructu, non tamen sine tremore, quomodo est in hereticis, in quo dæmonibus sunt deteriores, teste glo. ibidem. Quod autem Ro. 4. dicit Apo. Ei vero qui nõ operatur: credenti autem in eum qui iustificat impiũ, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum Dei. vbi Abraham per fidem sine operibus iustificatus dicitur De operibus legis intelligitur de quibns meminit in principio capitis quæ non iustificabant. vel de operibus quæ fidem præcedebãt intelligi potest, quia per illa iustus nõ fuit Abraham iustitia fidei, sed fide viua. Iacobus autem de operibus loquitur quæ fidem sequũtur per quæ amplius iustificatur, cum iam per fidem iustus fuisset. Paulus in Abraham fidei constantiam, Iacobus laudat operum magnificẽtiã, quia vtroque fuit perfectus Abraham. Hæc heræsis alludere videtur ei, quam refert Irenæus lib. 1. cap. 20. Aduersus heræ. Valenti. de Symone mago & quadã muliere Helena vel (vt alii scribunt, Selena, quam primam mentis suæ cõceptionẽ & omniũ matrẽ appellabat. Dicebátq; qui in eũ & Selenã eius, spem habeant, vt liberos agere quæ velint, secũdũ enim ipsius gratiam saluari homines non secũdũ operationes Iustas, hæc Irenæus.

Quõ Abrahã iustificatus est sine operibus cũ B. Iacobus hominẽ absque operib⁹ iustificari neget.

Cap. 31. *Vota ut suscipienda non sunt: ita ut rescindenda sunt, quæ susceperis.*



I VOTA suscipiēda non sunt, quare nos De⁹ ad vouendum hortatur per prophetam dicens? vouete & reddite domino Deo vestro, omnes qui incircuitu eius affertis munera? Et rursum si rescindenda sunt quæ susceperis. Cur Petrus Ananiā & Saphirā eius coniugem ob rescissum votum, mortis sententia damnauit, Acto. 5. cap. Dicens, Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Non es mentitus hominibus, sed Deo, audiens autem Ananias hæc verba expirauit. En habes hic votum non obligare antequam fiat, factum vero redditioni esse obnoxiū ex pœna mortis quæ duobus his coniugibus à Deo inflicta fuisse creditur in primitiua Ecclesia, quo posteris votorum fractoribus cederet in exemplū. Ita enim prædictū fuerat Deut. 23.

Ananiæ & Saphiræ mors ob uotum uiolatum.

Cum votum voueris domino Deo tuo, nō tardabis reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio, sed quodcunq; voueris, redde: multoque melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere. Hoc autem stultæ illi assertioni è dyametro pugnat. Et 1. ad Thimo. 5. Adolescentiores viduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt habētes

Voti redditio nō differenda.

damnationē, quia primam fidem irritam fecerunt. quam autem primam fidem dicit hic Apostolus, nisi votum cōtinentiæ in viduitate emissum? quod quia postea nubendo violabant: sibi damnationem acquirebant. Itaque si suscipiēda non forēt vota: Anna illa Samuelis mater nō eum nondum adhuc conceptum in perpetuum Dei seruitium vouisset. De quo tam pulchrum postea canticum sancti spiritus instinctu concinuit. 1. Regū. 2 Neque Apostoli ipsi vouissent, de quibus August. lib 17. de ciuita. cap. 4. Dixerant enim potentes illi. Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. hoc votum potentissimi vouerant. Sed vnde hoc illis, nisi ab illo (de quo dictum est) dans votum vouenti? Sed nec ipsa virgo Deipara virginitatē vouisset: si vouendū nō esset, eam enim satis vouisse constat ex eius ad angerum responsione, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? neque enim cognosco præsens tantum tempus importat cum aliâs in futuro & cognosci à viro & concipere potuisset. Cum ergo dixit, non cognosco, tempus omne dicebat abstemiorum more vinū se non bibere respondentium, cum eis bibendū proponitur sicut habes Hiere. 35. de De Rechabitis. Illud ipsum testatur etiam Aug. lib. de sancta virginita. cap. 4. Ipsa quoque virginitas eius gratior & acceptior fuit, quia non eam conceptus Christus viro violaturo quam conseruaret ipse, præripuit: sed priusquam conciperetur, iā Deo dicatam de qua nasceretur, elegit. Por-

Anna Samuelis mater cur & quo uoto uouerit.

Votum Apostolorum

Christiparæ uotum.


Apostasiæ causa.

ro quia molles ac delicatuli ſunt omnes apoſtatæ, laborem hunc difficultatemq́ue refugiunt, & ne in cruento carnis bello difficilem pro ſalute pugnã cogantur ſubſtinere, néve eos hoſtis fortior ac moleſtior aggrediatur, arma ſua, id eſt vota abiicere malunt indolentes, ac ſub aduerſarii ditione delitiari, quam legitimo certamine poſt ſudores & luctas de victoria coronari. dicẽte B. Grego. Eos enim diabolus pulſare negligit, quos quieto iure poſsidere ſe ſentit. Per tria enim voti religionis vincula velut per tria quædam tela fortiſsima religioſus Chriſti athleta ſæpe de hoſte triumphat. Nam per obedientiam domatur vitæ ſuperbia, per caſtitatẽ carnis concupiſcentia, & per paupertatem extinguitur habendi cupiditas. Si itaque tres illę mundi peſtes cuique ſint noxiæ: econtrario tria illis oppoſita vota ſalubria ſint nececeſſe eſt, huius rei fidem facit quòd illa velut quoddam ſalutis humanæ cõpendium ac tutiſsimũ vitæ portum approbauit Chriſtus commẽdauit ac ſuaſit etiã. Obedientiam primo cum Matth. 16. Dixit ſi quis vult venire poſt me: abneget ſemetipſum & 18. cap. Amen dico vobis, niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Caſtitatem cum 19. ca. dicit ſunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Paupertatem vero, cum in eodem cap. intulit, ſi vis perfectus eſſe: vade, vẽde omnia quæ habes: da pauperibus, & veni, ſequere me. Ex his facile eſt videre quàm ſit abſurda hæc,

Tria religionis uota tria ſunt cõtra hoſtem tela fortiſſima à Chriſto cõmẽdata & ſuaſa.

de votis apostasia, quæ prô dolor, multorum hodie corda inuasit, quam etiam heræsim merito appellare potes.

Ius contrahendi matrimonij nullius autoritate potest interdici. Cap. 32.



I HAEC enunciatio non ita generaliter proponeretur: vt etiã inhabiles ad contrahendum nõ complecteretur: de humana loquendo autoritate, nullo vrgẽte necessitatis articulo aut culpa, vera forte esse posset, Christo hominibus nõ impeditis libertatem contrahendi relinquente Matt. 19. Qui potest capere capiat. Sed ea vniuersaliter vt sonat intellecta, nõ solum falsa est, sed etiam herætica, viam præbens voto ligatis contrahendi matrimonii, quales sunt religiosi professi & sacerdotes seculares, qui cum ordinantur, non minus voto castitatis astringuntur licet non vocaliter expresso quam ipsi religiosi, propter quod asserere eos contrahere posse, cõtra superius dicta de voto & scripturam ibidem adductam militat. materiam etiam fouere videtur condendi scismatis aduersus Ecclesiam Romanam id ipsum expresse prohibentem vt patet ex sacris canonibus & vniuersalibus Ecclesiæ conciliis quibus cauetur, ne diaconi nedum sacerdotes matrimonium contrahant. Quod si qui continẽtiam vouere noluerint: nec ad sub-

Seculares sacerdotes uoto castitatis astringũtur cum religiosis.

diaconatum nec ad superiores ordines promouebãtur. vt patet distin. 28. ca. Ecce ostensum. & cap. de his titu. eod. Idque ex concilio Toletano. 2. Itaque cum matrimonium signum sit coniunctionis Christi & Ecclesię teste Aposto. Ephe. 5. Propter quod, 1. ad Thi. 3. dicit oportere Episcopum esse vnius vxoris virum. Et cum idem sit verum Ecclesiæ sacramentum, sicut & reliqua: contractusque viri & vxoris in mutuã suorũ corporũ trãslationẽ. 1. Corĩt. 7. Cõcludere oportet ipsum matrimoniũ Christi legislatoris, ecclesię, aut Christi vicarii, arbitrio subiici.

Matrimonij contractũ ad Ecclesiasticam iurisdictionẽ ptinere.

Omnis autem subditorum contractus semper superioris voluntatem includit. Ipsum & cõfirmantis & eidem autoritatem tribuentis. In cuius rei argumentum & fidem solẽt omnes cõtractus Ecclesiastici & ciuiles principis aut consulum nomen gestare in fronte teste Chrysost. to. 1. lib. 2. de verbis Esaiæ. Testamenta, inquit, tabulęque de nuptiis, de debitis, déque reliquis contractibus, nisi in frontispitio consulum annos habeant præscriptos; nullam ex se vim habent. Hoc est enim quod illis robur addit, hoc est quod controuersias dirimit, hoc est quod à lite liberat, hoc quod ex inimicis facit amicos.

Contractus superioris semp uoluntatẽ includit.

Si vero cõtractus contra principis celebretur edictum, nullum robur, nullam vnquã vim habere poterit. Illi resistente superioris voluntate, formalis enim ratio contractus in cõformitate ad leges consistit vt patet ex eius diffinitione. Propter quod ad Ecclesiasticam iurisdictionem

merito pertinere intelligitur, alioqui haberi nõ posset quarundam personarum ad matrimonialem contractum illegitimatio. Ipsa autem Ecclesia & sacerdotes contrahere prohibuit, & cõtrahentes deponit ex 25. canone Apostolorum dicẽs. Ex his qui cęlibes in clerum peruenerint iubemus vt lectores tantum & cantores (si velint) nuptias cõtrahant. Non ergo diaconis aut presbyteris licuit post illâc vxores ducere. Neocesariense etiam concilium in hunc modũ sanxit. Presbyter si vxorem duxerit: ab ordine illum deponi statuimus, quod si fornicatus fuerit vel adulterium commiserit: extra Ecclesiam abiici & ad pœnitentiam inter laycos redigi oportet, & rursum cap. 22. Sedit præterea, vt deinceps non ordinentur diacones coniugati: nisi qui prius cõuersionis proposito cõfessi fuerint castitatẽ. Et in Epist. B. Clemẽtis ad Iacobũ fratrẽ domini de sacra. vesti. vel vasis sic habetur. Quod si post ordinationẽ ministro cõtigerit ꝓpriũ inuadere cubile vxoris. Sacrarii nõ intret limina, nec sacrificii potitor fiat, nec altare cõtingat, nec ad dominici corporis portionẽ accedat, sed aquã sacerdotibus porrigat ad manus, sed ostia forinsecꝰ claudat, minora gerat officia, hæc ibi. Ex his cõsequẽs est tales omnes cõtrahere prohibitos nihil penitus facere si contrahere attentent: Deo imprimis cui expresse aut tacite vouerunt ac eius Ecclesiæ voluntate tali cõtractui resistente nedum illum prohibente. Neque enim ratum ac legitimũ esse potest tale ma-

trimonium defectu materiæ debitè quæ sunt vir & mulier nō ꝓhibiti. Sicut sacramētalis absolutio extra necessitatem & contra superioris volūtatem exhibita non subdito, nihil operatur. quoniā absoluere est actus iurisdictionis sicut & contrahere quę contra superioris facta voluntatem vim aut robur habere non possunt. Nec releuare potest papalis dispēsatio vt tales matrimonium contrahere possint vt patet Leuit. 27. Animal quod imólari potest domino: si quis vouerit, sanctum erit, & mutari non poterit, id est nec melius malo, nec peius bono, hæc ibi. Constat autem ex hoc cap. duplex esse votum, vnum æstimationis, & alterum destructionis. Illud iuxta æstimationē redimibile erat: hoc nullo quātumuis ingenti præcio poterat compensari. Dicente litera, omne quod domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, non veniet, nec redimi poterit. Et omnis cōsecratio quæ offertur ab homine nō redimetur, sed morte morietur. Hoc est in eo statu fixum immotumq́ue manebit vsque ad mortem. Quicunque continentiā solemniter vouit: quid nisi voto destructionis censendus est alligatus? & eo quidem irredimibili, quare relaxari nō potest domino eam facultatem apud se retinente. Samuel nobis exemplo est quē destructionis voto vouit ac Deo tradidit eius mater. 1. Reg. 1. De iure enim naturæ est quod per traditionem quæ in voti solemnitate fit acqratur rei traditę possessio. Nec istud cæremoniale dici potest, sicut Nazareitarū aut

Quod papa dispensare nō possit de iure cum sacerdote uel religioso ut matrimoniū contrahant & duplex esse uotū æstimationis & destructionis.

Quale matris Samuelis uotum de illo.

nudipedalium vota iuxta S.Tho. Quod si quis nobis acta pontificum opponat: dicendum cum quibusdam ius interpraetando dispensasse pontifices, vbi vix sub erat plena libertas apud vouentem. de quo in cap. consuluit & cap. charissimus. de conuers. coniuga. Pro qua re si fusius scire cupis lege tracta. de vtendo sacro cælibatu reuerendissi. domini Episcopi Arboricen. doctoris Theologi hac nostra ętate longè peritissimi. Quod si durũ Ecclesiæ iugũ eius ministris impositũ fuisse cõtendas, considera, queso, quãta veteris legis sacerdotibus super alios sanctitas, quanta castitatis arctatio erat imposita, vxorem non nisi virginem, non nisi semel & vnicam, non repudiatam, non sordidam, phas erat accipere. Vacabant ab vxorum quolibet amplexu tẽpore vicis suæ, idque sub mortis interminatione. Si moriebatur vxor in adolescentia: viro continendi necessitas incumbebat.

Sacerdotũ legis ueteris super alios sanctitas & castitas.

Nostri autem sacerdotes quia quotidie sacris ministeriis occupantur: quid in eis diuinius, quam vt cõtinua castitate polleant? vacant etiã legi Dei, quam iuxta Malachiam ab eorum populus ore requirit. Hæc ita lex noua sicut immaculata est: ita nouum & immaculatum speculatorem doctoremque desiderat. Vide etiã quã salubriter per celibatum, Ecclesiasticorum statui de beneficiis viuentium prouisum fuerit, quib⁹ si darẽtur vxores, si liberi nascerẽtur, quis post illorum mortem vxores pasceret & liberos? Non certè successor in beneficio, non alius,

Quales esse debeant Christiani sacerdotes.

& ita hi omnes mēdicitate vilescerent, aut inedia fameque perirent. Cumque multi ægre sibi victum suppeditent: quid si familiam addideris sumptuosam? Huiusce rei exempla & rationes petamus ex August. qui sermone 37. ad fratres in Heremo, Ita scribit. Si interrogauit Achimelech sacerdos, vtrum serui Dauid mundi essent à mulieribus propter panes propositionis accipiendos, quid facere nos debemus miseri sacerdotes, propter corp⁹ domini accipiēdū?

Ratio Aug. à minori ad maius de ueteris legis sacerdotibus ad nouæ legis sacerdotes.

Ecce ego iam Episcopus Hypponensis eram, & cum quibusdam seruis Christi ad Ethiopiam perrexi, vt eis sanctum Christi Euangelium prædicarē. Et vidimus ibi multos homines ac mulieres capita non habentes, sed oculos crassos fixos in pectore, cætera mēbra æqualia nobis habentes. Inter quos sacerdotes eorū vidimus vxoratos, tantę tamen abstinentiæ erant: quod nunquā nisi semel in anno vxores tāgere volebant, qua die ab omni sacrificio abstinebant. Vidimus & in inferioribus partibus AEthiopiæ homines vnum tantum oculum in fronte habētes, quorum sacerdotes à conuersationibus hominū fugiebant, ab omni libidine carnis se abstinebāt, & in septimana in qua diis suis thura offerre debebant, nihil sumebant, nisi metretam aquę per diem, & sic contenti manentes digne sacrificium diis offerebant.

Mira Augustini exēpla de gētiliū sacerdotum castimonia homīes capita nō habentes.

Hoīes unicum in frō te oculum habentes.

O grandis christianorum miseria? Ecce pagani doctores fideliū facti sunt, pctōres & meretrices præcesserūt fideles in regnū Dei, hæc Aug.

Pagani facti doctores christianorum.

Præterea quis nesciat in multis & de multis rebus desiderabilibus facilius esse totaliter absti nere, quam earum vsum moderari? Vt ipsemet Epycurus voluptatis assertor dicebat teste Seneca. Vis, inquit ille, diues fieri? non diuitiis adiiciendum: sed cupiditatibus detrahendum. Ita & de nobis dicendum foret. Vis delectabiliter viuere? non voluptatibus addendum, sed de cupiditatibus diminuendum ad eo, vt vel diuitem vel voluptuosum fieri non in exterioribus: sed intra nos ipsos situm sit & collocatum. Adde quod non humana præsumptione regitur Ecclesia, sed indeuiabili spiritus sancti prouidẽtia, hęc fuit primum sine temporalium possessione, deinde per Syluestrũ, Constantinum & alios sanctissimos viros magna temporalium abundãtia dotata fuit. Ita etiam per coniugatos in antiqua lege forte ob ministrorum ruditatem & legis imperfectionem regebatur. Nunc vero per cælibes in lege perfectissima eodem spiritu præside dirigitur. Et quemadmodum sub ea lege imperfectum populum quasi sub pædagogo agentem quibusdam præceptis diuinis ad tẽpus duntaxat, ne super efflueret, obligantibus circũsepsit Deus, ita & in noua hac lege iam adultæ perfectæque Ecclesiæ suæ leges quasdam ac statuta condendi potestatem dereliquit Christus dicẽs. Dic Ecclesiæ Matth. 18. Statimque traditã Ecclesiæ potestatem subtexuit. Amen amen dico vobis, quæcunque ligaueritis super terram. Itẽ Luc. 10. qui vos audit, me audit, & ad 1. ad Thes

Tutior est et facilior uoluptatis in totũ abstinẽtia q̃ eius usus moderatus.

Ecclesia primo pauper postea diues primũ per cõiugatos, nũc uero per celibes regitur.

Quæ à Deo tradita Ecclesiæ potestas.

salon. 4. Itaque qui hæc spernit non hominem spernit: sed Deum. Ex quibus satis superque apparet quanta obediendi Ecclesiæ necessitas nobis incumbat. quæ prædictum sacerdotum celibatum statuisse legitur circa annum à Christo nato trecentesimũ nonagesimũ, non quod prius illum non obseruarint sacerdotes vt superius patuit ex Clemẽtis ordinatione qui fuit tempore Apostolorum & eorundem canone. Sed quia leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus vtentium approbantur, distin. 4. cap. In istis. §. leges. Et forte non fuerat antea à tota occidentali Ecclesia in vsum adhuc accitus: sicut post Syricium papam illum dicto tempore præcipientem, & per Innocentium primum, eundem confirmantem, adiuncta tertii Agathensis concilii autoritate. 9. cap. dicentis. Placuit vt si presbyteri vel diaconi cõiugati ad thorum vxorum suarum redire voluerint: papæ Innocentii ordinatio vel Syricii autoritas conseruetur, hæc ibi. Nec Græci ipsi matrimonio copulari possunt iam in sacris constituti: licet ante maiorũ ordinũ perceptionẽ contrahant.

Quo tẽpore recept⁹ fuerit cõmuniter occidentalium sacerdotũ celibatus licet fuerit multo ante præceptus.


Quod si tantorum nouæ legis beneficiorum supra veterem facti immemores, prædictis non moueamur, lumbósque tam mentis quam corporis minime præcingamus, ac iuxta Matthæũ non reperiantur lucernæ ardentes in manibus sacerdotũ: nos velut sal infatuatum foras proiiciemur. Et à laycis, quibus vitę exemplo & doctrina iter ad vitã pręstruere debueramus, meri-

Exhortatio ad sacerdotalem cælibatem.

to cõculcabimur. Vt nihil iam ſpei reliquum eſ ſe videatur hominibus ipſis, ſuis ad Deum oratoribus ita reprobatis. timendumque nobis, ne alterum non quidem aquę diluuium (quale ſub Noë) ſed alterius ægeſtatis & maledictionis diuina nobis immittat ira. De priori ſiquidẽ ſcribitur gen. 6. Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viã ſuam ſuper terram) dixit ad Noë. finis vniuerſę carnis venit coram me. De poſteriori vero dicitur Malach. 2. Si nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, ait dominus exercituũ: mittam in vos egeſtatem, maledicã benedictionibus veſtris & maledicam illis. Ecce ego proiiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum: & aſſumet vos ſecum. Vbi Hiero. & aſſumet vos ſecum ſtercus videlicet quo litę ſunt facies noſtræ, qui debueramus pleni ac mũdi venire in ſolẽnitatib⁹ Dei & vel carnes agni comedere calciati, vel in tabernaculis huius ſeculi viuere tranſeuntes & dicere. Aduena ego ſum, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Et paulo poſt, ad ſacerdotis pertinet diſciplinam interrogatum reſpondere de lege, qui ſacerdos eſt, & non corripit delinquentes, ſacerdotis officium præterit, hæc ille. Tẽpus, inquit, Apoſtolus. 1. Corinth. 7. breue eſt. Reliquum eſt, vt qui habent vxores: tanquã nõ habentes ſint, & qui gaudent tanquam nõ gaudentes, & qui emunt: tanquam non poſsiden-

tes, & qui vtuntur hoc mũdo, tanquam nõ vtãtur. Præterit enim figura huius mundi, volo autẽ vos ſine ſollicitudine eſſe: qui cum vxore eſt, ſollicitus eſt quę ſunt mundi: quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt, de hac carnis pugna habes etiam ſuperius cap. 15. De qua quidam chriſtianus poeta non minus verè quam doctè, fortior eſt, qui ſe, quam qui fortiſsima vicit oppida, nec virtus altius ire poteſt. Ex his collige falſum ac heræticum eſſe quod tradunt iſti, ius contrahendi matrimonii nullius autoritate interdici poſſe vniuerſaliter intelligendo, oppoſitum autem & verum eſſe & ſcripturæ conſonũ ac ſicut ab Eccleſia traditum & obſeruatum exſtitit, de fide tenendum,

Cap. 33. *Miſſa quæ Chriſti cœnæ tantum commemoratio eſt, non paßionis, canonem habet centonum inſtar conſutum, aut nouitiis commentis permiſtum. Neque erat in uſu tempore Apoſtolorum.*



VM redemptionis noſtrę memoriam miſſæ ſacrificium nobis omnium perfectiſsime repræſentet, vel reali corporis & ſanguinis Chriſti oblatione, vt de ſpirituiali animarum tam viuorum quam in domino morientium pabulo taceam.

Nullam profecto viam compendioſam magis ad mundi poſſeſsionem, quam Chriſti morte amiſerat, recuperandam excogitare potuit cacodemon quam tanti huius myſterii abolitionẽ

quo videlicet iterum princeps mũdi hoc est mũdialiter viuentium per istos satellites suos constituatur. Propter quod hæc heræsis minime dissimulanda venit, cum ea sit perniciosissima, impiæ ac inauditæ cuiusdam erga Christum ingratitudinis refertissima. Primo igitur loco huius venerandi sacrificii figuræ & veritatis antiquitatem ex vtroque testamento Deo duce aperiemus. Secundo missam in vsu fuisse tempore Apostolorum probabimus. Tertio canonẽ non nouitiis commentis permistum, sed diuinis scripturæ verbis contextum. Quarto quod ea non cœnę tantum, sed & Christi passionis sit rememoratiua explicabitur. Denique, quomodo verum sit nouę legis sacrificium, Verusque in ea Christus tam pro viuis quam defunctis offeratur, intelligemus. Quantum igitur ad primo propositum imprimis & ante mãna expressimam huius sacrificii figuram nobis exhibuit panis ille & vinum, quæ quondã Melchisedech rex Salẽ Dei excelsi sacerdos, protulit Abrahæ, post liberationem Loth à Regũ cæde reuertenti. Gene. 14. Dequo pulchre Augusto. 8. in 33. Psalm. Proponite vobis ante oculos duo sacrificia, & illud secundum ordinem Aaron, & hoc secundũ ordinem Melchisedech. De quo dicitur, tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech? De domino nostro Iesu Christo, & tantus erat Melchisedech: à quo benediceretur Abraham. Protulit panem & vinum, videte quid protulit ei, quem bene-

Expreßißima Eucharistiæ figura.

Duo sacrificia Aaron & Melchisedech.

Vt mater infanti cibũ comestũ incarnat quo lactescat. ita Christ⁹ suam nobis diuinitatẽ qua pascamur & crescamus in uia incarnauit.

dixit. De quo alio dixit, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, nisi de illo de cuius nostis sacrificium? Vnde autem commendauit corpus & sanguinem suum? de humilitate sua, nisi enim esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur. Respice altitudinem ipsius. In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum. Ecce cibus sempiternus, sed manducãt angeli. quis autem homo posset ad illũ cibum? Oportebat ergo vt mensa illa latesceret, & ad paruulos perueniret. Vnde aũt fit cibus lac? Vnde cibus in lac conuertitur? nisi per carnem traiiciatur? Nam mater hoc facit. quod manducat mater: hoc manducat infans: sed quia minus idoneus est, qui pane vescatur, ipsum panẽ mater incarnat, & per humilitatem mãmillæ & lactis succum de ipso pane pascit infantem.

Quomodo ergo de ipso pane pascit nos sapiẽtia Dei? quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Videte, ergo humilitatem, quia panem angelorum manducauit homo. Humiliauit se, factus obediens vsque ad mortem, mortẽ autem crucis. Vt iam de cruce commendaretur nobis caro & sanguis domini nouum sacrificiũ, hæc August. Secundus apertus & sine figura locus est Malach. 1. ca. de Iudaici sacerdotii reprobatione & Euangelici in eius locum successione. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra, ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituũ, & in omni loco sacrificatur

Apertus Eucharistiæ sacrificij loc⁹.

& offertur nomini meo oblatio munda. Hunc locũ interpretatus Chryſoſt.to.5. Oratione ſecunda aduerſus Iudæos. Audi, inquit, Malachiam, qui cæteris prophetis fuit poſterior, qui fuit poſt reditũ à Babilone, ac poſt ciuitatis inſtaurationem déque rebus noſtris aperte vaticinatus eſt. Non accipiam facies veſtras, ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum nomen meum glorificatum eſt inter gentes: & in omni loco ſacrificium offertur nomini meo & ſacrificiũ purum. Quando hæc euenierunt Iudeæ? quando in omni loco incenſum oblatũ eſt Deo? quãdo ſacrificiũ purum? Non poſsis aliud probare tempus quam hoc poſtquam Chriſtus aduenit, quod niſi de hoc tempore prædixit: niſi de noſtro ſacrificio vaticinatus eſt, ſed de Iudaico, etiam legi repugnat propheta. Nam cum Moſes vetet vllo alio in loco ſacrificiũ fieri, præterquã in eo quem elegit dominus: ille de alio locutus eſt ſacrificio, & hîc de alio poſt vaticinatus eſt. Vnde hoc declaratur? Primum ex ipſo loco, nõ enim in vna ciuitate, quemadmodum ſub Iudæis: ſed ab exortu ſolis vſque ad occaſum prædixit hanc culturam eſſe celebrandam. Præterea ex ſacrificii modo. ſiquidem puram illam appellans, declarauit de qua loqueretur. Deniq; à perſonis offerẽtium, non enim dixit in Iſrael, ſed in gentibus. & ſiquis hoc ſacrificium conferat cum illo, ingens immenſumque diſcrimẽ inueniet: vt iuxta comparationis rationẽ ſolum hoc purum inueniatur. Audi igitur & aliũ pro- *Chryſoſt.*

phetam hoc idem prædicentem Sopho.2. Illucescet dominus super omnes gẽtes, & abolebit omnes deos gentium, & adorabunt eum è suo
Chrysost. quisque loco, hæc Chrysost. Cui concinit Aug. 18. lib. de ciuita. cap. 35. eodem omnino modo & Rupertus dicens. Offerunt nomini meo oblationem mundam, oblationem panis & vini sacramẽtum corporis & sanguinis redemptoris sui. Hæc oblatio sic est munda vt exterius nullũ habeat cruoris horrorem, & interius siue inuisibiliter mundet cruentam omnis peccati pollutionem: vos dicitis, mensa domini contaminata est, & quod superponitur: contemptibile est, cum igne qui illud deuorat, qui videlicet in commemorationem fit passionis & mortis domini, quẽ vos occidistis, cũ signaculo crucis, ĩ qua vos illum suspendistis. Vnde & ipsum signaculum execramini, & torquemini conscientia crudeli. quod autem hæc vera sit huius loci interprætatio, & sola talis, probat ipse sicut & Chrys. ex alio scripturæ loco Rupertus, quam probationẽ breuitatis causa omittim⁹. Deĩde sic colligit, nõ ergo illius tẽporis Iudæi tali fuerũt digni ex probatione, sed vos ô Iudęi, vos ô sacerdotes, & põtifices tẽporis pessimi iuxta prophetã aliũ, væ quia separati fuistis in diem malum, & appropinquastis: solio iniquitatis, vos, inquã, sermo iste percutit quia sermo propheticus est, & enunciat de futuris, hæc ille. Vnde manifeste patet hanc prophetiam non nisi de scribis, pharisæis, & põtificibus, tempore Christi esse intel-

ligendam, déque eiusdem corporis ac ſanguinis ſacrificio: quod per vniuerſum terrarum orbem celeberrimum eſt accipiendam.

De quo & Pſalmo 71. dicitur. Et erit firmamentum in terra in ſummis montium. Quem locum Hieron. vertit ex Hebræo. Memorabile triticum. Ioannes Reuclinius in libro de rudimentis Hebraicis, dicit dictionem Hebraicam ſignificare placentulam frumenti, quod Rabbi Dauid kimhi exponit, particulã vel maſſam frumẽti. Idẽ dicit Paulus Burgẽſis Epiſcop. natiuitate Iudæus Chaldaica addens in translatione, quę targũ dicitur, ſic Hebræi. Erit placẽta tritici in capitibus ſacerdotum. iuxta quorum ſententiam, Hebraica lectio hęc accipi poteſt, prophetia eſt ſacratiſsimi ſacrificii altaris, ĩ quo ſub ſpecie panis modici in modum albæ placentulæ cocti. Præſens nobis adeſt Chriſt⁹. Idẽ omnino ſentit rabbi Moſſe Hardaſſan in cõmẽtariis, nec ſolũ exponẽdũ hũc verſum de tẽporibus Meſsię teſtatur, verũetiam de Meſsię ſacerdotio dicẽs. Et quid docet vel mõſtrat, dicendo protulit panem & vinum? quaſi dicat, erit placentula tritici in terra, & hoc ipſum eſt, quod ſcriptum eſt: & ipſe ſacerdos erat ſacerdos altiſsimi, hæc ille. *Pſam. 71* *Pphetia ſacrificij altaris ex pſalmiſta.*

Vnde hæc duo oblatio panis Melchiſedech in diebus Abrahæ & placentula tritici in vertice ſacerdotũ in diebus Meſsiæ, idem ſunt, quomodo figura & figuratum, vmbra & veritas. Rurſus in Iudæorum commentariis, ſuper verbo Ecclesiaſtæ. quid eſt quod fuit? Ipſum quod erit. *Placentula tritici & oblatio Melchiſedech figuratum & figura.*

rabbi Barrachias dixit, in nomine rabbi Isaac.

Redemptor primus redemptor ultimus idē.

Quemadmodum fuit redemptor primus: sic erit redemptor vltimus, sicut enim redemptor primus fecit descendere manna: ita redēptor vltimus erit placenta frumenti in terra.

Nimirum quod sicut Deus nondum humanatus post populi redemptionem de Egyptiaca seruitute dedit manna corporale & figurale: ita idem homo factus daret verum manna spirituale. fieretque ipse in placentam frumenti in sacrificio & sacramento Eucharistiæ. Idem sensit August. 17. de ciuita. cap. 17. super illud Psalm. 109. Tu es sacerdos in ęternum secundū ordinem Melchisedech, ex eo quod nusquā est sacerdotium & sacrificium secundum ordinem Aaron, & vbique offertur sub sacerdote Christo, quod protulit Melchisedech, quando benedixit Abraham: quis ambigere permittitur de quo & ista dicātur? Et cap. 20. super illo sapiētia ædificauit sibi domum. Hic certè cognoscimus Dei sapientiā, hoc est verbum patri coæternum in vtero virginali domum sibi ædificasse, corpus humanum, martyrū victimas imolasse, mensam in vino & panibus præparasse. Vbi apparet & sacerdotium Christi secundum ordinē Melchisedech. Idem paulo pôst, nam ex alio libro qui vocatur Ecclesiastes, vbi ait. Non est bonum homini, nisi quod mādučabit & bibet: quid credibilius dicere intelligitur, quam quod ad participationem mensę huius pertinet, quā sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet

Augustin.

Sapientia ædificauit sibi domū.

ſecundum ordinem Melchiſedech de corpore & ſanguine ſuo? hæc Auguſt. Vnde quintus Io annis Vuicleff articulus condemnatus fuit hic. Non eſt fundatum in Euangelio quod Chriſtus miſſam ordinauerit. Quod autẽ ſecundo loco probandum fuerat, miſſam videlicet tempore Apoſtolorũ in vſu fuiſſe, ſatis probat Apoſtolus. 1. Corinth. 11. dum Corinthios irreuerẽtiæ erga Euchariſtiæ ſumptionem arguit dicẽs. Non habetis domos ad manducãdũ, an Eccleſiam Dei cõtemnitis? rurſus, ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis. deinde accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis: mortem domini annunciabitis, donec veniat. Quo loco ſi hæc verba quotieſcunque, in meam commemorationem, donec veniat, diligenter perpenderis, manifeſtã huius ſacrificii continuationẽ vſque ad ſecundum Chriſti aduentum in iudicium aut ſaltem ad antichriſti tempora importare fateberis, cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem de qua Daniel. 12. cap. dicente Hierony.

Error Vuicleff de miſſa.

Secũdus articul⁹ quod miſſa fuerit tempore Apoſtolorũ

Sacrificij euchariſtiæ ad ſecundũ Chriſti aduentũ uſq; continuatio uel circa puta ad antichriſti tẽpora.

A tempore endeleſmou, id eſt iugis ſacrificii, quando antichriſtus orbem obtinens Dei cultũ interdixerit, vſque ad internitionem eius, tres & ſemis anni explebuntur, id eſt mille ducenti nouaginta dies. Quod autem idẽ factitarint Apoſtoli hoc eſt Euchariſtiæ ſacrificium con-

Tẽpus quo regnaturus eſt antichriſtus.

tinuo celebrarint: fidem facit quod scribitur. Act.2.
acto. 2. Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum & cõmunicatione fractionis panis, & orationibus. In verbo panis, glo. interli. siue cõmunis siue sancti. lyra. sic. tũ quia quotidie communicabãt: tum quia communes cibos sicut & cætera communia habebant. Idem etiam successu temporis ad sua vsque tempora Irenæus. factum fuisse testatur Irenæus. lib. 4. contra heræ. Valent. cap. 32. dicens. Eum qui ex creatura panis est: accepit & gratias egit, dicens. Hoc est corpus meum, & calicem similiter qui est ex ea creatura qui est secundum nos suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationẽ. quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo. De quo in 12. prophetis Malachias sic præsignauit, non est mihi voluntas in vobis, & sacrificium nõ accipiam de manibus vestris, quoniam ab ortu solis vsque ad occasum nomẽ meum glorificatur inter gentes, hæc ille. Ex quibus habemus sæpe dictam Malachiæ autoritatem de nostri altaris sacrificio tantum intelligendam esse secundum Chryso. Rupertum cum eorundem rationibus in oppositum August. Et nequis sit dubitationi locus secũdũ antiquissimum Irenæum.

3. articu. de canone missæ. Tertio ex heræticis loco propositum erat: canonem missæ nouitijs commentis permistũ fuisse. Nec ab Apostolis traditum Ecclesię. His aduersatur Apostolus. 1. ad Thim. 2. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes ora- *Ordo orationũ missæ ex Apostolo*

tiones, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & principibus quem locum exponens August.to. 2. Epistola 59. Ad nonam Paulini quæstionem respondés, sic habet. Multa quippe hinc dici possunt, quæ improbanda non sunt, sed eligo in his verbis id intelligere quod omnis vel pœnę omnis frequētat Ecclesia. Vt præcationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramenti, antequam illud quod est in domini mensa incipiat benedici, orationes, cum benedicitur & sanctificatur, & ad distribuendum comminuitur, quam totam petitionem fere omnis Ecclesia dominica oratione concludit. Ad quem intellectum etiam verbi Græci origo nos adiuuat. Nam eā quam dicunt εὐχὴν. Raro ita scriptura ponit, vt intelligatur oratio, sed multo vsitatius votū appellat. Vouentur autem omnia, quæ offeruntur Deo maximè sancti altaris oblatio. Interpellationes autem siue postulationes fiunt, cum populus benedicitur, tūc enim antistites velut aduocati susceptos suos per manus impositionem misericordissimę offerunt potestati quibus per actis, & participato tanto sacramento, gratiarū actio cuncta concludit, quam in his etiam verbis vltimam cōmendauit Apostolus, hæc Aug.

Ex his apostoli verbis cum August. interprętatione triplex orationū ordo innuitur fuisse in missa. Vnus ante benedictionem & canonem quem præcationes siue obsecrationes vocat.

Secundus, orationes ac postulationes. Ter-

tius gratiarum actiones. vbi velle videtur Aug. orationes & postulationes medio loco ponere in quo fit & cõsecrati comminutio, & eiusdem asſiſtentibus diſtributio. Ac deinde totum dominica oratione concluditur. Gratiarum autem actiones putauerim eſſe poſt cõmuniones, ex quo iterum patet talem miſſæ ordinẽ in vſu fuiſſe tempore Apoſtolorũ qualẽ nũc habemus.

Rupert⁹ de diuinis officiis.

Nõ tamẽ diffiteor nõnulla poſt apoſtolos addita fuiſſe ad maiorẽ decorẽ & ſolẽnitatem à priſcis illis & ſanctiſsimis patribus. teſte Ruperto De diuinis officiis. Olim non tanto exterioris apparatu decoris miſſarũ ſolemnia celebrabantur, nec ab vno quoque hæc omnis religioſi obſequii gloria conſummata & perpolita eſt. Pontifices quippe ſacri ſplendida Romanæ ſedis luminaria ſicut diuerſis temporibus affulſerunt, ita paulatim ſtudii ſui claritate venuſtatem huius ſalutaris officii perfecerunt. Et ſicut traditum à domino per Moyſem ſacrificii veteris ordinem præcipue Dauid & Salomon ſacerdotũ & Leuitarum miniſterio, cantorum multiplici numero, Pſalmorum diuinorum tripudio, templi vel altaris illuſtri gloria, ſacrorúmque multitudine vaſorum ſplendidius amplicauerunt, ſic traditum à domino mirabilem noui ſacrificii ritum, per primos apoſtolos ſancta Romana Eccleſia ſuſcipiens, religioſa fide amplexata eſt, fideli cura conſeruauit, diligenti apparatu exornauit. Deinde recitato cathalogo eorum, qui prædictę miſſæ ritum ita adornarunt, & eorum quæ

ab eorum ſingulis oblata fuerunt,ita caput con cludit. Non quidem ſanctius hinc eſt quam erat prius,ſed maximè decuit, vt fides quæ adhuc erat illo tempore rudis(& vt ait quidam tam doctus quam fidelis,agreſti turbida cultu)nuda humeros,intonſa comas,aperta lacertos,vbi ornari potuit, maximè in hac parte, tanquam in capite ſuo deauraretur, & earũ rerũ quæ ſuperius dictæ ſunt venerãda ſimilitudine fulgeret. Idem quoque tradit Pla.in vita ſixti primi. Pro huius igitur tertii articuli concluſione canonem illũ Aug.ſubiiciemus diſt.11.ca.Eccle. Eccleſiaſticarum inſtitutionum quaſdam in ſcriptis, quaſdam vero apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio cõfirmatas accepimus, quaſdã vero cõſuetudine roboratas approbauit vſus,quibus par ritus, & idem vtriuſque pietatis debetur affectus. Si enim attenderimus conſuetudines Eccleſiæ non per ſcripturas à patribus traditas,nihil æſtimare,quantum religio detrimẽti ſit latura,intentiue inſpicientibus liquido cõſtabit. Quæ enim(vt inde exordiamur) ſcriptura ſalutiferę crucis ſignaculo fideles docuit inſigniri? vel quæ trifariam digeſta ſuper panem & calicem prolixæ orationis vel conſecrationis verba commendauit? Et in fine cap. hæc & alia in hunc modum non pauca niſi tacito & myſtica traditione à patribus eccleſiaſtico more ac reuerentiori diligẽtia ſunt in myſteriis obſeruata magis ſilentio quam publicata ſcripto. Et colũna ſequen.contra Manich. palam eſt quod in re

Duo Eccleſiaſticarum inſtitutionũ genera.

Fideles ſigno crucis inſigniri nulla docuit ſcriptura.

In re dubia ad fidẽ & certitudinẽ ualet Eccle. *autoritas.*

dubia ad fidẽ & certitudinẽ valeat autoritas Ecclesiæ catholicę, quæ ab ipsis fundatissimis apostolorum sedibus vsque ad hodiernum diem succedentium Episcoporum serie & populorum consensione firmatur. Non ergo canonem habet sacra missa centonum instar consutum aut (vt volunt herætici) nouitiis commentis permistum. Ei autem quod quarto loco positum fuerat, non cœnę solum, sed & passionis domini rememoratiuam esse sacram missam, abũde respõdet apostolus. I. Corinth. II. Quotiescunque enim manducabitis panem hũc & calicem bibetis: mortẽ domini annũciabitis, donec veniat, August. ad iudicium. Quinto & vltimo loco videndum quomodo verum sit missa sacrificiũ pro viuis & defunctis. De viuis autẽ trahi potest ex apostolo Hebr. 9. ca. Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Et ne istud ad primam illam tantum Christi oblationem de se in cruce referendum putes: audi, quod sequitur. Necesse ergo exemplaria, id est iuxta glo. figuras, cœlestium hoc est Ecclesiæ his mundari, ipsa autẽ cœlestia, id est Ecclesiam quæ in terra cœlestis est, melioribus hostiis quam istis. Hostiis dixit, vt eam oblationem quam Christus modo naturali de se fecit, sicut & Abrahã de proprio filio illius figura, & eas quas eius ministri modo sacra-

4. articul. quod Eu*charistiæ sacrificiũ passionis* Chri*sti sit rememoratiuũ.*

5. articul. quod missa sit sacrificiũ pro uiuis & defunctis primo pro uiuis.

mentali de illo faciunt, compleꝗeretur. Item 13.cap. habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt.

Si enim de vtraque non meminisset Apostolus, & quæ modo naturali & quæ itē sacramētali fit: non plenā collationē & cōparationē fecisset sacrificiorū veteris legis ac nouę sacrificia in quarū priore quædā erant pro gratiarum actione queādmodum & istud in noua lege teste August. to. 3. de fide ad Pet. 19. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi, quā pro peccatis nostris ipsemet sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio (missæ scilicet) gratiarum actio atque commemoratio crucis Christi. *Sacrificium missæ est gratiarum actio & cōmemoratio crucis Christi.*

Et quod idem missæ sacrificium prosit defunctis: habes & 2. Machab. 12. cap. De Iudæ oblatione in Ierusalem pro defunctis facta. Cui accedit B. Dionysius apostolorum contemporaneus. 7. cap. Ecclesiasticæ Hierarch. dicens. De præce super defunctis faciēda ex diuinis ducib⁹ (hoc est apostolis) traditio peruenit ad nos. Et paulo ante. præcatur oratio illa diuinam Clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto: eumque in luce statuat & regione viuorum: item Epiphanius lib. 3. cōtra AEreum heræticum id ipsum negantem. Quod proferuntur nomina defunctorum, quid magis fuerit vtile? quid hoc commodius? & magis admiratione dignum? credunt *Missa pro defunctis. Dionysius. Epiphanius*

enim præsentes, quod hi q præcesserũt viuũt & nõ sunt nulli, viuũt apud dominũ, quod ecclesia hoc necessariũ pficit traditione à patrib⁹ accepta. Accedat 3. testis Aug. de verbis apostoli sermone 32. Hoc enim à patribus traditũ vniuersa obseruat Ecclesia, vt pro eis qui in corporis & sanguinis Christi cõmunione defuncti sunt: cum ad ipsum sacrificiũ loco suo cõmemorantur: oretur, ac pro illis quoque id offerri cõmemoretur. Accedat & quartus ꝓ reliquis Chrysos. to. 4. sermone 3. in primum Epistolæ ad Philipp. caput. Non frustra ab Apostolis sancitum est, vt in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorum, qui hinc decesserunt. Nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis. Nam ita vult Deus vt nos inuicem mutuo iuuemus. Et paulo pòst. Quẽadmodum pro viuis istis oramus (latrones sacrilegos & similes intellige) qui tamen nihil differunt à mortuis. Ita & pro mortuis orari potest.

Augustinus

Chrysosto.

Iob pro filiis hostias offerabat: & eos à peccatis absoluebat, hæc ille. Quid ergo nõ impetrabit Euãgelicus sacerdos, si veritatẽ ipsam nõ figuram cum Iob offerat pro aliis? Cæterum, inquit, idem Hom. 3. quando sermonem de domini corpore exorsi sumus: age de illo etiam dignum meminisse est, quod cruci confixũ, quod cõfossum clauis, quòd imolatũ est patri. Si corpus Christi es, fer crucem, ille enĩ tulit, fer puluerulentas ac saniosas excreationes, fer alapas, tale erat domini tui corpus: quod nullum admi-


Quõ Iob filios expiabat.

Chrysostomi exhortatio de corpore Christi.

ſit peccatum. Manus ipſius nihil non fecerunt: quod ad ſubleuandam liberaliter alienam inopiã pertineret Nihil os illud promebat aliquando indecorum: dæmonium habes, audiuit, nihil interim mitiſsimus reſpõdebat. De corpore nobis ſermo eſt, & eo, quod ab illo nihil diſsidet. quot iſtius corporis efficimur participes, quot eius guſtamus ſanguinem? recolite quia corpus eſt, & ſanguis, qui ſupra cœlos reſidet, qui ab angelis ſuppliciter adoratur huius delibamus ſanguinem. Hei mihi quot nobis, viæ præſtruũtur ad parandam ſalutem præduces atque oportunæ? Nos ſuũ ipſius corpus effecit, proprium nobis corpus ſumendum tradidit. Et ecce nihil nos horum deterret ab improbitate vitæ. Nihil nos à vitiis auocat. O tenebras & abyſſum nimiam? O humanæ mentis ſtuporem? quę ſurſum ſunt, inquit, ſapite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Et poſt tot inſignia diuinæ erga nos benignitatis, tam anxie neſcio quĩ pecunias, aut aliud quiduis temporarium curãt tam miſere, toti conſumuntur affectibus ſuis. quid non ſtatuet pœnarum aduerſus animas ſceleratas? Pleroſque veſtrum conſpicio, qui corporis quidem Chriſti ſunt participes: ſed temere & quaſi fortuito id contigerit, atque conſuetudine magis quàm lege, ratione, aut præuia mentis cogitatione. Qui ſalutari compunctione alterit corda mortalium ipſe corda veſtra compungere dignetur, inſerãtque in profundum vſque ſemina, vt à timore eius promereamini cõ-

cipere, ſimul & parere ſpiritum ſalutis: & cum omni fiducia accedere ad menſam dominicam hæc Chryſoſt. Ex quibus omnibus non minus perſpicua remanet fidei veritas de ſacroſanctæ miſſæ ſacrificio de eius antiquitate & vtilitate: quam de cæteris in Euangelio contentis.

Cap. 34. *Imagines ſunt deſtruendæ propter Idololatriã, & quæcunque ueneratio eis facta, diſplicet Deo: & ſanctis eius.*



TAMETSI hic error olim circa annum domini octingenteſimũ nonageſimum, in ſeptima Synodo Nycena trecentorum ſexaginta ſeptem patrum damnatus eſt, vt tamẽ ſuo gladio cõfodiantur herætici qui Eccleſiæ decreta contemnunt, eorũ argumẽta proferemus: quib9 dilutis, quid in ſe veritatis oppoſitum habeat paucis explicabitur. Primus igitur locus quo ſe muniunt, eſt ex Deut. 5. cap. Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium quæ in cœlo ſunt deſuper, & quæ ſub terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub terra non adorabis ea, & nõ coles. Secundus eſt 4. Reg. 18. cap. vbi ex memorabili Ezechiæ regis Iuda facto ſuum de cõfringẽdis imaginibus factũ eruũt. De quo rege ſcribitur ꝙ fecit quod erat bonũ corã domino iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipſe diſsipauit excelſa, contriuit ſtatuas, diſsipauit

Heræticorũ argumẽta de imaginibus cõfringendis.

lucos, confregit ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes. Tertius locus eſt Ioan. 4. cap. Vbi Chriſtus dixit ſamaritanæ. Sed venit hora & nunc eſt quando veri adoratores adorabũt patrem in ſpiritu & veritate. Vnde concludunt non opus eſſe imaginibus: quia cum illas colimus, nõ ſpiritu adoramus, ſed corpore. hæc ſunt ſcripturæ loca vnde venenum ſuum hauſerunt aut potius ex vecordia ſua & putrido lacu.

Quibus omnibus quo propoſita ſunt ordine, reſpõdebimus. Imprimis ad eũ quem ex Deutero. protulerũt dicimus. Illic prohibitã eſſe Idololatriam, quæ cultum ſoli Deo debitum tribuit creaturæ; de quo Deute. 6. dicitur. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Hunc eundem ſenſum oſtendunt verba quæ immediatè ſequuntur. Non adorabis ea neque coles, adoratio enim exteriorem, cultus autem interiorẽ ſoli Deo debitum honorem importat: quem nec ſanctorum imaginibus nec Chriſti paręvirgini ſcienter tribuit vnquam bonus chriſtianus. Nec aliud inde trahere poſſunt. *Primi argumenti ſolutio.*

Ad ſecundam vero rationem de æneo ſerpente, vnde ſanctorum imagines confringendas eſſe Ezechielis exẽplo colligunt, quas vbi deſunt arbitri quotidie comminuere non ceſſant: reſpondetur cauſam propter quam Ezechias ſerpentem olim à Moyſe erectum confregerit attẽdendam eſſe. Siquidem, inquit texus, vſque ad illud tempus filii Iſrael adolebant ei incenſum, en habes pro cauſa manifeſtum Idolatriæ circa *2. argumẽ. ſolutio.*

ſerpentem illum abuſum. propter quam rationē nec ipſius Moyſi inuentū eſt corpus poſt mortem, teſte B. Iuda in ſua canonica tanta erat illius populi in Idololatriā procliuitas. vnde merito confringi debuit. Et ne ex confracto ſerpente numen ſe aliquod perdidiſſe crederent: ſerpenti nomen impoſuit Ezechias Nahaſtā quod interpratatur æs eorum. quo ſcilicet metallum non Deum fuiſſe quod illi adorabant, intelligerent. At nullus hodie chriſtianus ſimili tenetur errore diuulgata vbiq; Euāgelica veritate, quæ ſanctorū imagines nō latria (de qua modo dictū eſt) ſed dulia cultu ſanctis debito venerari præcipit.

Serpentis in deſerto nomē ab Ezechia impoſitum.

3. arg. ſolu.

Tertius erat loc9 de Samaritanæ data chriſto reſpōſiōe, venit hora, quādo veri adoratores adorabūt patrē in ſpiritu & veritate. Quod idē, inqt Ruper.) ac ſi dixiſſet veri adoratores manifeſta ac neceſſaria diſtinctione perſonarū adorabunt vnum Deum patrem & filium & ſpiritū ſanctum. Quod autem pro ſe adducūt ex eodem capite. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorāt eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare, hoc fit inquit Augu. cum ſpe, fide, ac charitate tendimus in Deum. Hęc ſunt hereticorum argumēta quibuſcū ſtat ſimul ſanctorū imagines debito & ſolito Eccleſiæ cultu ſemper eſſe venerandas. Et ita patet illorum argumenta nihil omnino concludere contra ſanctorum imagines.

Vnde error heræticorū de imaginibus.

Vnde hic error ex duobus potiſsimū irrepſiſſe videtur, ex falſa ſcripturæ intelligentia, & vocabuli imago ignorantia. Porro ad imaginem

Dei factus est homo, in eo quod rationalis: ad similitudinem vero, in eo quod diuinæ bonitatis conditus est imitator, ait Rupertus, hæc autem imago (secundum August. in tribus animæ potentiis memoria intellectu & voluntate relucet quam maximè. De qua Damasce lib. 4. de fide Orthodo. cap. 17. Quia nonnulli exprobrant quod adoramus & veneramur saluatoris nostri & reginæ nostræ Deiparę imaginem, insuper & reliquorum sanctorum famulorum Christi: audiāt, quod à principio Deus hominem ad suam imaginē fecerit, hæc ille. Fuerūt præterea probati autores cum Damasceno qui ferunt beatū Lucam Deiparę virginis Mariæ imaginem primo depinxisse. Ad cuius exemplar multæ deinceps aliæ fuerunt efformatæ, quæ adhuc in nōnullis celebribus locis magna cū veneratione asseruantur. Vnde sumi potest non futile argumētum imaginum venerationē ex Apostolica traditione fuisse introductam. & à principio nascētis Ecclesiæ constitutam. Itaque cū imago rei cuius est locum vicémque teneat, nosque in eius recordationē venire faciat: eam ob rem & quod nostros moueant affectus, sanctorum imagines veneramur, vt tales, honor enim qui defertur imagini: ad prototypū refertur (inquit Basilius) Nō est quod de Idololatria formidemus: modo moneantur Idyotę vt tantum ad id quod imagine repræsentatur, puram suam intensionem referant. vt verbi gratia, cum Christi crucifixi imaginem contemplantur: illi ad Christum simili

Imago B. uirginis à Luca primo deputa.

Quid faciat imago.

quodam modo in cruce pro nobis appensum suam mentem totumque animi affectũ exerant.

Quis enim tã amens, támve demæa christianus inueniri potest: qui lignum illud, aurum vel argẽtum Christi figuram referens, Christum ipsum esse reatur aut Deum? quíve eidem (nisi vt Christi imago est) non vt lignum vel argẽtum, latriæ deputet honorem? Et licet prohibuisset Deus ne sculptile sibi facerent Israelitæ, Moysi tamen præcepit Exod. 25. Vt propitiatorium de auro mũdissimo faceret, & duos Cherubin aureos productiles ex vtraque oraculi parte, & æneum serpentem de quo seperius, quem alte ꝓ signo positum cum à serpentibus percussi aspicerent: cõtinuo sanabantur. de quo Christus in Euangelio, sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto. Signum ergo illud seu mystica Christi imago in cruce post exaltãdi magni mysterii significatione nõ caruit. Et tamen apud Iudæos in idololatriam semper paratos mystica (à qua maior infidelitatis occasio pendebat) imago fuit. Quid Christi adhuc in terris versantis imaginem ad Abagarũ edissenorũ regem post Eusebii hystoriã referre opus est? quid rursus mulieris sanguinis quondam profluuio laborantis & à Christo curatæ in cuius domo pro foribus, mulieris velut genibus ꝓvolutę palmásque suppliciter tendentis imago aere cernitur expressa. Astat vero alia habitu viri dexterã mulieri porrigẽtis. Hui⁹ ad pedes statuę, è basi herba quędam noua nascitur: quam cum summo vertice

Christi imago ad Abagarum regem.

crescens herba contigerit: vires inde ad depellẽdos omnes morbos languorésq; cõquirit. hãc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam tradebant. Beatus quoq; Gregorius serenum episcopum Massiliensem aspere reprehendit, de consecra.dist.3.cap.perlatum,quòd inconsiderato zelo sanctorum imagines timens ne adoraretur à populo fregerit,dicebat enim. Te quidem eas adorari vetuisse,omnino,laudamus, cõfregisse vero repræhendimus dic frater à quo factum esse sacerdote aliquãdo auditum est quod fecisti? Aliud est enim picturã adorare, aliud per picturæ hystoriam quid sit adorandum addiscere. Nã quod legentibus scriptura,hoc & Idyotis præstat pictura cernentibus,hæc ille. *Greg. Sereno Episcop.* *Maximè p Idiotis imagines.*

Quem re seu facto sicut & nomine imitatus est Gregorius secundus, in quem cum Leo tertius Imperator aperte inuehi non posset,ædictũ proposuit. vt omnes qui sub imperio Romano essent:sanctorum omnium martyrum & angelorum statuas atque imagines è templis abraderent & auferrent tollẽdæ(vt ipse dicebat) idololatriæ causa, qui vero secus fecisset, eum se pro hoste publico habiturum. Gregorius autem papa tantę impietati non modo non obtemperat: verum etiam omnes catholicos admonet, ne in tantum errorem timore vel ædicto principis vllo modo dilabantur. Qua cohortatione à Deo certe animati sunt italiæ populi: vt paulum abfuerit,quin sibi alium imperatorem deligerent: autore platina. Hunc eundem imperatorem *greg. secundus, Leo tertius Imperator*

Imperatorem imperio & communiõe priuat Greg. 3

Cõciliũ Cõstantinopo. septimum.

Grego. tertius immediatus pontifex postea imperio simul & communione fidelium priuauit, quod sanctas imagines è sacris ædibus abrasisset, & statuas demolitus esset. Denique in generali concilio Constantinopolitano septimo conclusum fuit. Quod oporteat nos Ecclesiasticas traditiones siue scripto siue consuetudine in Ecclesia retentas (de quarum numero sit imaginum effiguratio, qua in hoc vtimur, vt recordemur, & affectu ãplectamur res significatas, vnanimiter & inuiolabiter obseruare. Et hãc vniuersalis concilii definitionem receperunt: cõprobaruntque omnes illius temporis patriarchæ & catholici Episcopi, tam orientis quam occidentis Ecclesiæ: vt in Epistolis Synodicis quæ in dicti concilii actis reperiũtur, videre est.

Ex his omnibus colligimus bonum semper in noua lege atque vtilissimum fuisse vsum imaginum. Nec vllam omnino rationem dari posse putamus, propter quam nobis procul à gentiliũ Idololatria positis venerari atq; coli (vt par est) nõ debeant sanctorum imagines. Maximè post recte intellectam scripturam sacram, post totius Ecclesiæ traditionem & vsum, tum demũ quod ne minimum quidem efficax pro se argumentum proferre posint osores destructoresque imaginum.

De particularis prædestinationis, uel reprobationis certitudine.

Huic vltimo capiti subnectere placuit illum infidelitatis ac diffidentiæ scrupum de propria cuiusq; hominis prædestinatione: qui certe multos hodie male habet, & hereticos, & malos ne-

gligentésque christianos, ac omnes denique, qui de sua quenque salute curare non debere affirmant, sola hac ratione ducti. Quoniam si prædestinatus es, inquit, saluaberis, quocunque vixeris modo, & quibuscunque peccatis irretiaris in vita, cum certa ac indubitata sit diuina prædestinatio. Rursum si reprobus: nullis quantumcunque meritoriis operibus toto tempore vitæ tuæ efficere poteris: vt tandem sis saluus. Cũ æquali omnino certitudine, & reprobo eueniat damnatio, & salus prædestinato. Hi sunt certe perplexi Leuiathan testiculi, tehnę, ac doli: quibus indolentes ac corruptissimę vitæ homines passim illaqueantur. Bonę propterea vitæ & salutis negligentiores, imò & contemptores effecti. Hinc heræses de bonis operibus contemnẽnendis oriuntur sola per eos, fide sufficiente. Viuendoq; sine vllis legibus vt velis: & aliæ pestes innumerę: de quibus videas passim quæstiones vel ab indoctis fieri. His ac huiusmodi hominum monstris non tam difficile est respondere (licet difficillimum sit in se) quam ab eis nõ intelligibile, animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus, nec enim potest. 1. Corint. 4.

Vnde heræses de bonis operibus cõtemnendis?

Omnes tamẽ in hoc vno hallucinãtur. Quod Dei præscientia rebus ipsis necessitatẽ imponi putẽt, id reprẽhẽdẽte Aug. expræsse. 23. q. 4. ca. Nabuchodonosor & dicẽte. Nec enim quia prędestĩatio seu, pręsciẽtia dei falli nõ potest, necessario eueniunt, q̃ prędestinãtur, vel sciũtur, quæ futura sunt. Sed quia bona absq; eius gratia,

In quo decipiantur heratici.

Nec bona

sine Dei gratia, nec mala sine eiusdem scientia eueniũt

mala prçter eius scientiam, euenire non possunt Et paulo ante, vasis iræ nunquam Deus redderet interitum: si non spontaneũ inueniretur homo habere peccatum. Quia nec Deus peccanti homini iuste infert iram: si homo ex prædestinatione Dei cecidisset in culpam. Huiusmodi autẽ errorẽ & habere nos scriptura interdũ: & vitare docet teste Chrys. in 21. Matt. ca. ho. 69. Super illud, forsitan verebuntur filium meum.

orationis figura qua utitur scriptura, ne Dei præscientia rebus necessitatẽ inditam esse putemus.

Sic & alibi ait (puta Ezechiæ. 2. si forte audierint. Non enim quia ignorabat Deus non audituros scilicet, sed ne quidam ex amentia dicerent, prædictione Dei, coactos obtemperare nõ potuisse. Iccirco huiusmodi vtitur orationis figura. Modo si forte audierint, modo fortassis verecundabuntur, quæ debuissent fieri enarrãs. Hæc ille cui accedit & Boëtius ipse & ante illũ scriptura Sap. 1. dicens. Deus mortem non fecit nec letatur in perditione viuorũ. Iustitia enim perpetua est & immortalis. Iniustitia autẽ mortis est acquisitio. Impii autem manibus & verbis accersierũt illã. & Apostolus 1 ad Thim. 2. qui scilicet Deus, õnes homines vult saluos fieri & ad agnitionis veritatem venire. Ex hoc autem errore cum superiori eorum argumentatione hunc tãtum desperationis vel indolentiæ languorem traxerũt. cum tamen id fieri nõ debeat. Sicut enim (vt eorũ ratiocinationi fiat satis, hoc consequium papa dormit: non ergo vigilat. aut contra. vigilat, non igitur dormit. nõ me certiorem reddit. dormiat ne an vigilet pa-

Effectus reprobationis causa hominis malitia.

Vnde error de prædestinatione uel reprobatione.

pa, quam ante talem consequentiam factam, cũ vtrumque à me dubitetur vt prius. Ita & in proposito. Si prædestinatus sum, saluabor: sin reprobus, dãnabor. de neutro me cogit dubitare magis quam de opposito. Et ita errandi (quam putant maximã) causa nulla est, nec ex Dei præscientia, nec ex eorum ratiocinatione, nisi forte quam mens sibi fingit, impia, quæ dæmonis suggestu, cum carne ac mundo fœdus pepigit præcedentium sæpe peccatorum de meritis. Cur ergo, inquies, Deus hominem suæ prædestinationis imo & præsentis iustificationis ita reliquit incertũ, cũ dicat Ecclesiastes 9. ca. Nemo, scit vtrum odio an amore dignus sit: sed omnia in futurum seruantur in certa? Deus nõ omnino incertum ac dubium suæ salutis hominem dereliquit, quem primo creatum cõtinuo in paradisum voluptatis ita collocauit, vt operaretur ac custodiret illum Gen. 2. adiectis obedientiæ præceptis, quæ quia nõ seruauit ille: statim post peccatũ quod desidia sua perdiderat: labore iussus ac etiam coactus est resarcire, cum ei dictum est, in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Rursus in Euangelio. Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata Dei. Vigilate & orate: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Et item cum timore & tremore vestram salutem operamini: ac similes vbique sententiæ nobis occurrunt, quibus vult nos Deus ab huiusmodi ocio & animi languore semper feriari, ac studioso labori iugiter esse intentos.

Ita errandi causa nulla præter hominis malitiam.

De⁹ hoĩem nõ penitus incertũ suæ prædestinationis dereliquit quẽ primo creatum operi faciẽdo mãcipauit sicut & post peccatum.

Nec perditis malisq; hominibus nec forte infirmis prodesset suæ electionis aut reprobationis omnino certa & particularis reuelatio.

Præterea quotus quisq; est corruptorum, imo forte & imperfectorum hominũ qui de sua prędestinatione factus certus, non se passim voluptatibus immergat, cert⁹ ex hypothesi de finali sui iustificatione & salute, neglecta interim virtute & eius operibus? vt quam aliàs bene semper & cum timore viuendo ãplissimam vitæ mercedẽ fuerat accepturus, eandem longe sua desidia minorem consequatur? qui si rursus de sua reprobatione certus fieret ex reuelatione, quis eum dubitet illa impiorum hominum verba dicturum, de quibus Sapien. 2. Venite ergo fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Nullum sit pratum, quod non per trãseat luxuria nostra, coronemus nos rosis antequã marcescãt, quoniã hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Si enim, inquit, Aposto. 1. Corint. 15. In Christo tãtũ inhac vita sperãtes essemus, miserabiliores essemus õnibus hominibus. Vides igitur nobis cõmuniter nõ expedire exactã huiusmodi prędestinationis aut reprobationis cognitionem. Ne forte à bonis operibus (quibus vult nos semper scriptura inuigilare, penitus abhorreamus, ac in omniũ inde malorum præcipitia feramur.

Quatenus certiores nos esse uoluerit Deus nostræ prædestinationis.

Non tamen nos omnimoda illius certitudine priuari voluit Deus, quando eius cognoscendę medium nobis ac modum sua scriptura præscripsit 2. Petri. 1. cap. dicens. Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionẽ faciatis.

Hæc enim faciētes non peccabitis aliquādo, ſic enim abūdāter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti,hæc ille. Bonis igitur operibus certiores efficimur noſtræ vocationis ad fidem & electionis ad gloriam,id eſt prædeſtinationis & ſalutis noſtræ ex ſpe certo futuræ non quidem euidentiæ aut fidei certitudine,ſed tantum moralis cuiuſdam probabilitatis. qualem forte ad dignam Euchariſtiæ ſumptionem requiri ac ſufficere dicunt. Vnde(cum ait ipſe) hæc facientes non peccabitis aliquando.ſic enim abundanter miniſtrabiturvobis introitus in æternum regnū domini,bonorum operum continuationem nobis innuere videtur. Sunt enim ex illorum ceſſatione & delicta interdum. Petro Paulus conſonat 2.ad Thi.2 dicēs. In magna autem domo nō ſolū ſunt vaſa aurea & argētea, ſed & lignea & fictilia,& quædam quidem in honorem,quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis:erit vas in honorem ſanctificatum & vtile domino,ad omne opus bonum paratum. Vas in honorem, prædeſtinatus. Vas in contumeliam, reprobus. ſecundum Auguſt. & Cypria. In magna domo, in Eccleſia militante. vbi Auguſt. Quid eſt autem mundare ſe metipſum à talibus,niſi quod paulo ante dixit. Recedat ab omni iniuſtitia,omnis qui inuocat nomen domini. Et ne quiſquam putaret tanquam in vna domo magna perire ſe poſſe cū talibus,vigilantiſsime prædixit. Nouit dominus

Paulus.

Vas in honorem uas in contumeliam.

qui ſunt eius, eos videlicet qui recedendo ab ini quitate ſe mundant à vaſis factis in contumeliã, ne cum ipſis pereant, quos in domo magna tole rare coguntur, hæc Auguſt. Cui concinit Da- maſce lib. 4. Orthodo fidei cap. 20. dicens. Per ſpicuum autem quod voluntariè purgatio fit. Si enim quis, inquit, expurgauerit ſeipſum, & remeat reciprocáque ſequelę conuerſio reſpon- det. Si nõ expurgauerit, erit vas in igomniniã, inutile dominatori comminutione confractio- néque dignum, hæc Damaſce. Ex his ſcriptu ræ locis cum præmiſsis doctorum expoſitioni- bus proptum eſt quemque colligere poſſe mora lem ſuæ prædeſtinationis certitudinem, ſi ſcili- cet iuxta B. Petrum bonis operibus ſemper in- uigilet cum conatu & deſiderio, ex illo (ſatagi- te) & ſi iuxta Paulum cum Augu. ab omni diſce dat impietate, ac domini etiam nomen inuocet, conſonanter ei, quod Eccleſiaſtes 9. ſcribitur. quodcunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia eſt apud inferos, quo tu properas. quod (mea ſentẽtia) pro illo dictum eſt tẽpore, quo per glorioſam Chriſti mortem nondũ pro palata erat ſanctorum via, id eſt cœlum nemo aſcendebat de quo Heb 9. Hæc autem omnia Auguſtini ac cõmunis omnium doctorum ſen- tentia cõfirmat bona ac meritoria opera ad præ deſtinationem pertinere dicentium. Quemcun que enim præuidit ac præordinauit Deus ad ſa- lutem, bona quoque ad illam opera in eodem ſu

Moralis prædeſtinãtionis certitudo.

Bona hoĩs opera ad eius prædeſtinationẽ pertinere.

tura præuidit, ac prouidit, teste Apost. Rom. 8. quos autem prædestinauit: hos & vocauit, iustificauit, & magnificauit. Hæc iuxta prædicta, signum sunt ac certitudo prædestinationis: quam merito forte spem appellare possemus. Pro qua corruptissimæ vitæ homines & in eadẽ ex proposito perseuerantes præsumptionẽ aut desperationem habere solent de propria salute, nõ autem spem, quæ de meritis ex Dei gratia prouenientibus & cum gratia esse debet: cum nulla digna sibi inesse certo sciant: quæ si falso affirment: præsumunt, vel etiam si absque vllis meritis sola cum fide (vt Lutherani & Valdenses) se se beandos esse credant. Si autem resipiscant, vel firmiter resipiscere proponant: recte procul dubio sperare poterunt. concorditer ad mentem August. to. 3. In enchirid. ad Laurent. Cum ergo bona bonis futura esse creduntur, nil aliud quam sperantur. Iam de amore quid dicam? sine quo fides nihil prodest? Spes vero sine amore esse non potest. Propter quod Aapostolus Paulus fidem quæ per dilectionem operatur, approbat atque commendat, quæ vtique sine spe esse non potest. Proinde nec amor sine spe, nec sine amore spes, nec vtrumque sine fide, hæc ille.

Qualis spes impij.

Si igitur ex præmissis probatę perseuerantia vitę (qui enim pseuerauerit in finẽ saluus erit) cum propriæ salutis desiderio, prædestinationis signũ ac certitudo est: ita & perditę vitæ vix interrupta cũ perseuerãdi proposito continuatio & in correcta malitia æternæ (iuxta Damasce.

Prædestinationis ac reprobationis indicia.

ex Paulo, reprobationis indicium sit & signum necesse est. Et quẽadmodum Marci. 13. Christus Apostolis diem iudicii reuelare noluit. Ita nec hominibus (paucis exceptis) particularem eorundem prædestinationem, ne segnes sint ad bene agendum, aut reprobationem, ne forte ex contemptu omnia Dei iussa deserentes, magis effrenate peccent, ac postea grauius damnentur, patefacere voluit. Sed hæc paucula ꝑ pusillis & ĩfirmis ab heræticis & ab aliis malis circũuentis dicta sint, subtiliora autem ac profundiora scholis relinquuntur. Perfectorum enim est solidus cibus, inquit apostolus, & eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali Hebr. 5. cap.

Cur homini eius prædestinationẽ uel reprobationẽ non reuelet Deus.

Pro huius materiæ conclusione & ad maiorem dictorũ confirmationẽ id quod habet glo. ordinaria super 22 Numer. caput de Balaam hariolo, subiiciam in hũc modum. Non solum bonis vtitur Deus ad opus bonum, sed etiam malis. Sunt vasa ad honorem, sunt ad contumeliã, vtraque tamen necessaria, sunt autem rationabilia & liberi arbitrii: neque casu, neque fortuitu, vnusquisque vas honoris efficitur, aut contumeliæ. Si se talem præbuerit: vt electus esse mereatur, vas honoris efficietur. q̃ vero pessimė viuit fiet vas contumeliæ, nõ à conditore, sed à semetipso causis cõtumeliæ datis. Non ergo tales esse conditor fecit, sed eorum mentes secundum propositum eorum, prouidentiæ suæ iustitia & ineffabili quadã ratione dispensat. Sicut in ma-

Pulchra de prædestinatis & reprobis ex glossa resolutio.

Nec casu nec fortuna fit præstinatio aut reprobatio.

Effectus reꝓbationis causa ex parte hoĩs.

gnis vrbibus teterrimę vitæ homines vltima opera & laborioſa cōdemnantur operari, quæ tamen neceſſaria ſunt, vt tibi fiat in vrbe delectabilis habitatio. Ita Deus quidem maliciam non fecit, inuentam tamen ex propoſiti intenſione eorum qui declinauerunt à via recta, auferre penitus noluit, præuidens quod ſi eſſet illi inutilis qui ea vtebatur, faceret tamen vtilem his aduerſum quos exercebatur. Ideo refugere omnino debemus, ne vnquam malitia in nobis inueniatur. Tolle regis Balach malitiam, qua maledici deſiderat Iſraelem, & aſtutiam, qua inuitat Balaam ad deuotandum populum: & auferes diſpenſationem Dei & prouidentiæ eius fauorem. Nuſquam erunt prophetiæ Balaam. *Quod malis propter bonos, ſicut & bonis bene utatur Deus, & utriſque propter ſe.*

Aufer Maliciam Iudæ & proditionem: auferes pariter & crucem Chriſti & paſsionē. Nec exuuntur principatus & poteſtates, nec triumphantur in ligno crucis. Si nō fuiſſet mors Chriſti: nec reſurrectio ei⁹, nec aliquis primogenitus ex mortuis, nec ſpes nobis fuiſſet reſurrectiōis. *Ablata Iudæ proditione aufertur crux Christi & paßio.*

Ponamus diabolū nō peccaſſe vel poſt peccatū maliciæ voluntatē pdidiſſe: aufers à nobis certamen aduerſus aſtutias diaboli. Nec erit corona iuſtitiæ & victoria legitimè certanti, ſi deſint obſiſtentes: nō erunt agones, nec victoribus munera ponentur. *Si diabolus non peccaſſet nullum nobis certamen contra ipſum, nec uictoria fuiſſet.* Ideo puto in diuinis voluminibus ſcripta eſſe bonorum geſta & malorum: & ex ſiniſtris dextriſque actibus ſcripturas contextas, vt intelligamus quia apud Deum ocioſa nō ſunt nec malorū nec bonorū opera, hæc glo. *Cur ſcriptura bonorū & malorū geſta nobis proponatū*

Ex his igitur omnibus ſatis (meo iudicio) cō

Conclusio propositi. stat neminē ꝓpter huiusmodi ineptias argumētationū à bonę vitæ instituto dimoueri: aut desperato cōfractoq; animo vitiorū sordibus turpiter cōmaculari debere. Sēper igitur nos in anteriora (iuxta Paulū) extēdamꝰ, respiciētes in autorē fidei & cōsummatorē Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucē confusione cōtēpta, Heb. 12. *Quā nolit nos perire Deus.* Quātū enim nos amet ille, quāq; perire nolit quod & patuit de Iuda, his verbis Paulus ostēdit Ro. 5. ca. Cōmēdat aūt charitatē suā Deus in nobis, quoniā si cū adhuc peccatores essemus, secūdū tēpus Christus ꝓ nobis mortuus est, multo igitur magis nūc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Ad illū igitur semp mētis nostræ oculos eleuemus, illū attēdamus, eidē causam nostrā cōmittamꝰ, illū siquidē aduocatū cū omnibus sanctis suis habemus apud patrē, propitiatorē, ac iudicē, cū patre. Accedamus, inquit apost. heb. 10. cū vero corde, in plenitudine fidei, aspsi corda à cōsciētia mala, & abluti corpus aqua mūda, teneamꝰ spei nostræ cōfessionē indeclinabilē, fidelis enī est qui repromisit, & cōsideremus inuicē in prouocationē charitatis & bonorū operū, & paulo post adhuc enim modicū aliquātulū, qui vēturus est, veniet, & nō tardabit. cōcludamus igitur cū Ecclesi. vlt. ca. dicēte finē loquēdi pariter ōnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo. Cuncta enim quæ fiūt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum siue malum sit.

FINIS DEO GRATIAS.

CUM INTER ERrores superiores multi à sacrosancta Synodo Constantiensi (quales sunt Ioannis Vuicleff) damnati reperiantur, operæ pretium visum est ad maiorem praecedentium confirmationem, illos eosdem hic cum autoris damnatione subnectere quo carnalis libertatis ac nouitatū professores tanti consilij autoritate quãdoq; euigilent ac resipiscãt.

Octaua Sessio consilii Constantien.

Sententia damnationis doctrinæ Ioãnis Vuicleff: & articulorum quadragintaquinque.



ACROSANCTA Constantiensis synodus generale consilium faciens, & Ecclesiam catholicam repręsentans, ad extirpationem præsentis scismatis, errorumque & heræsum sub eius vmbra pullulantium eliminationem, reformationem Ecclesiæ, in sancto Spiritu legitimè congregata, ad perpetuam rei memoriã, fidem catholicam, sine qua (vt ait Apostolus) imposibile est placere Deo, à falsis eiusdẽ fidei cultoribus imò peruersis impugnatoribus, & per superbam curiositatem

intendentibus plus ſapere, quam oportet, mundi gloriam cupientibus, oppugnatam ſæpius, & contra illos per fideles Eccleſiæ milites ſpirituales, oppoſito ſcuto fidei defenſatam fuiſſe ſanctorum patrum ſcripturis atque geſtis inſtituimur. Noſtris vero temporibus vetus ille & inuidus hoſtis noua certamina vt probati temporis huius manifeſti fiant, ſuſcitauit. Quorum dux & princeps exſtitit quondam Ioannes Vuicleff pſeudochriſtianus, qui dum viueret, aduerſus religionem chriſtianam, & fidem catholicam pertinaciter aſſeruit & dogmatiſauit plures articulos, quorum. 45. Huic paginę duximus inſerendos, qui ſequuntur.

ARTICVLI IOANNIS Vuicleff.

1 Subſtãtia panis materialis & ſimiliter ſubſtantia vini materialis manent in eodem ſacramento altaris.

2 Accidentia panis non manent ſine ſubiecto in eodem ſacramento.

3 Chriſtus non eſt in eodem ſacramento identice & realiter in propria præſentia corporali.

4 Si Epiſcop⁹ vel ſacerdos eſt ĩ peccato mortali, non ordĩnat, non conficit, non conſecrat, non baptiſat.

5 Non eſt fundatum in Euãgelio, quod Chriſtus miſſam ordinauerit.

6 Deus debet obedire diabolo.

7 Si homo debite fuerit contritus, omnis confessio exterior est ei superflua & inutilis.

8 Si papa sit præscitus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatē super fideles ab aliquo sibi datam, nisi forte à Cæsare.

9 Post vrbanum sextum non est aliquis recipiendus in papam, sed viuendum more Græcorum sub legibus propriis.

10 Contra scripturam sacram est quod viri Ecclesiastici habeant possessiones.

11 Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat ipsum excommunicatum à Deo. & qui sic excōmunicat, heræticus est ex hoc, vel excommunicatus.

12 Prælatus excommunicans clericum qui appellauit ad regē & concilium regni, eo ipso traditor est regis ac regni.

13 Illi qui dimittunt prædicare siue audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & in die iudicii traditores Christi habebuntur.

14 Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei absque autoritate sedis apostolicæ vel Episcopi catholici.

15 Nullus est dominus ciuilis, nullus est prælatus, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali.

16 Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab Ecclesia.

17 Populares possunt ad suum arbitrium domi nos delinquentes corrigere.
18 Decimæ sunt puræ eleemosinæ, & parrochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum auferre eas.
19 Spirituales orationes applicatæ vni personę per presbyteros vel religiosos, non plus prosunt eidem, quam generales paribus cæteris.
20 Conferens eleemosinam fratribus, est excōmunicatus eo facto.
21 Si quis ingreditur religionem priuatā qualemcunque tam possessionatorum quam mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obseruantiam mandatorum Dei.
22 Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituendo peccauerunt.
23 Religiosi viuentes in religionibus priuatis, non sunt de religione christiana.
24 Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem. Prima pars est scandalosa, & præsumptuose asserta pro quāto sic generaliter & indistincte loquitur, & secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.
25 Omnes sunt simoniaci, qui se obligant orare pro aliis in temporalibus subuenientibus.
26 Oratio priuati nulli valet.
27 Omnia de necessitate absoluta eueniunt.
28 Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio, reseruantur papæ & episcopis, propter cupiditatem lucri tempora

lis & honoris.

29 Vniuersitates, studia, collegia, graduatiões, & magisteria in eisdẽ, sunt vana gentilitate introducta, & tantum prosunt Ecclesiæ, quantum diabolus.

30 Excõmunicatio papæ & cuiuscunque prælati non est timenda, quia est cẽsura antichristi.

31 Peccant fundantes claustra, & ingredientes sunt viri diabolici.

32 Ditare clerum est contra regulam Christi.

33 Syluester papa & Constantinus imperator errauerunt ecclesiam dotando.

34 Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici.

35 Ingredientes religionem, aut aliquẽ ordinẽ eo ipso inhabiles sunt ad seruandũ diuina præcepta, & per consequẽs ad regna cœlorum, nisi apostatauerint ab eisdem.

36 Papa cum omnibus clericis suis possesionẽ habentibus sunt herætici, eo quod possessionem habent & omnes consentientes eis scilicet domini seculares & cæteri layci.

37 Ecclesia Romana est sinagoga Sathanæ, nec papa est immediatus & proximus vicarius Christi & Apostolorum.

38 Decretales Epistolæ sunt Apocryphæ, & seducunt à Christi fide, & clerici stulti qui student eis.

39 Imperator & domini seculares seducti sunt à diabolo, vt Ecclesiam ditarent de bonis temporalibus.

40 Electio papæ à cardinalibus per diabolum est introducta.

41 Non est de necessitate salutis credere Romanã Ecclesiam esse supremam inter aliâs Ecclesias, error est, si per Romanam Ecclesiam intelligatur vniuersalis Ecclesia, aut conciliũ generale, aut pro quanto negat primatum summi pontificis super aliâs Ecclesias particulares.

42 Fatuum est credere indulgentias papæ, & Episcoporum.

43 Iuramenta illicita sunt, quæ fiunt ad roborandum humanos contractus, & commercia ciuilia.

44 Augustinus, Benedictus, Bernardus damnati sunt, nisi pœnituerint de eo quod habuerunt possessiones & instituerunt & intrauerunt religiones & sic à domino papa vsque ad infimum religiosum omnes sunt heræticі.

45 Omnes religiones indifferenter introductę sunt à diabolo.

Hæc autem sancta synodus præfatos articulos. 45. examinari fecit & sæpius recenseri per plures reuerendissimos patres Ecclesiæ Romanę cardinales, Episcopos, abbates, magistros in theologia, doctores iuris vtriusque & plures notabiles in multitudine copiosa. quibus articulis examinatis fuit repertum: prout in veritate est, aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notoriè heræticos, à sanctis patribus reprobatos, alios non catholicos, sed erroneos, alios scandalosos & blasphemos, quosdam piarum aurium offen-


ſiuos, nonnullos eorum temerarios & ſeditioſos. Compertum eſt etiam libros eius plures alios articulos continere ſimilium qualitatum, doctrinamque in Dei Eccleſiam inſanam & fidei ac moribus inimicam inducere.

Propterea in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, hæc ſancta ſynodus prædictos articulos & eorum quemlibet, libros eiuſdem hoc perpetuo decreto reprobat & condemnat.

Et paulo pòſt.

Concilium pronunciat heræticum Ioannem Vuicleff, ac memoriam eiuſdem: & mandat exhumari oſſa eius.

VALDENSIVM ERRORVM cathalogus siue summa fratris Raynerii ordinis fratrum prædicatorum de catharis & Leonistis.



IC FVIT primus eorum error, contemptus Ecclesiasticæ potestatis. Ex hoc traditi sunt Sathanæ, præcipitati ab ipso in errores innumeros, & antiquorum heræticorum errores suis adinuentionibus miscuerunt. Et quia eiecti sunt ab Ecclesia catholica, se solos Christi Ecclesiam esse & Christi discipulos affirmant. Dicunt se Apostolorũ successores, & habere autoritatem Apostolicã & claues ligandi ac soluẽdi. Romanam Ecclesiam ferunt esse meretricem Babilonem, omnesque illi obedientes damnari, maximè clericos ei obediẽtes à tẽpore Syluestri papę. Nulla miracula vera aiunt esse, quæ fiunt in Ecclesia, quia nullus eorum aliquando miracula fecit. Omnia Ecclesiæ statuta post Christi ascẽsionem dicunt non esse seruanda, nec alicuius esse valoris, festa, feriarũ ieiunia, ordines, benedictiones, officia Ecclesię, & similia respuunt omnino. Ecclesias consecratas, cimiteria, ac omnia talia infamauit, & clamant ea pro auaritia solum à clericis instituta: vt ea ad suum quæstum reducant, quo à subditis hac occasione pecuniã & oblationes exquirant.

Tum primo hominem baptisari dicunt: cum in eorum sectam fuerit inductus, quidam eorum baptismũ paruulis non valere tradunt, eo quod nondum actualiter credere possunt. Confirmationis sacramentum respuunt: sed eorum magistri manus imponunt discipulis vice illius sacramenti. Episcopos, clericos, ac religiosos Ecclesiæ, scribas & pharisæos aiunt esse, & Apostolorum persecutores. Corpus Christi & sanguinẽ verum esse sacramentum non credunt, sed panem benedictum, qui in figura quadam dicitur corpus Christi, sicut dicitur, Petra autem erat Christus & similia. Quidam autem hoc dicunt tantum per bonos fieri, alii per omnes qui verba consecrationis sciunt, hoc in conuenticulis suis celebrant verba illa Euangelii recitantes in mensa sua, sibique mutuo participantes sicut in cœna Christi. Dicunt quod peccator sacerdos aliquem soluere aut ligare non posit: cum ipse sit ligatus peccator. Et quod quilibet bonus & sciens laycus alium absoluere valeat, & pœnitẽtiam iniungere. Extremamvnctionem respuunt dicẽtes, potius maledictiones fore quam sacramentum. Matrimonium, inquiunt, fornicatio est iurata, nisi continenter viuant, quaslibet enim immundicias magis licitas habent quam coniugalem copulam. Continentiam laudant quidem, sed inurente libidine concedunt ei satisfieri debere quocunque modo turpi, exponẽtes illud Apostoli· melius est nubere quam vri. quod melius sit quolibet actu turpi libidini sa-

tisfacere quam in corde tentari, sed hoc valde tenent occultũ, ne vilescant. Si aliqua honesta mulier, quæ casta putatur puerũ pepererit: occultãt & tradunt eum alibi alendũ, ne prodatur. Omne iuramentum illicitum esse perhibent, inde vero & mortale peccatum. sed dispensant, vt iuret quis pro euadenda morte corporis, ne alios prodat aut secretum reuelet perfidiæ suæ. Prodere heræticũ crimẽ inquiunt esse inexpiabile & peccatũ in spiritũ sanctũ. Nec malefactores per seculare iudicium occidi licere dicunt. Quidam eorum nec bruta animalia veluti pisces & huiusmodi occidenda esse putant. Cum autem ea manducare volunt super ignem & fumum suspendunt donec moriantur. Pulices & similia animalia excutiunt extra aut vestem ipsam in aquam calidam intingũt: & tunc ea occidisse volũt: dicuntque ea per se mortua fuisse. Ita fictas habent conscientias & in aliis suis obseruantiis sicut & in hoc existimari potest, quia scilicet veritatem deserentes falsis se figmentis illudunt. Nullum est secundũ eos, purgatorium. Omnes autem morientes statim vel in cœlum vel in infernum trãseunt. Ideoque suffragia ab Ecclesia facta pro defunctis nihil eis prodesse affirmant, cum in cœlo non indigeant, & in inferno nullatenus adiuuẽtur. vnde colligunt oblationes pro defunctis factas clericis qui illas comedũt prodesse non animabus, quæ huiusmodi non vtuntur. Illorum dogma est sanctos in cœlo orationes fideliũ non audire: neque venerationes qui-

bus eos honoramus attendere, quia cum corpora ſanctorum hic mortua iaceant: & ſpiritus tã remoti ſint à nobis in cœlo, orationes noſtras nullo modo auditu percipere valeant vel viſu. Addunt & ſanctos non orare pro nobis & ob id ſuffragia eorum non eſſe imploranda à nobis, quoniam cœleſti gaudio abſorpti nobis intẽdere aut quid aliud curare non poſſunt. Vnde & ſolemnitates quas in ſanctorum veneratione facimus derident & alia quibus eos veneramur. In diebus autem feſtis(vbi poſſunt)occultè operãtur arguentes,quod cum operari bonum ſit, bona agere in die feſto malum non eſt. In quadrageſima & die ieiuniorum Eccleſiæ non ieiunãt: ſed carnes comedũt vbi audent,dicentes, quod Deus non delectatur in afflictionibus amicorũ ſuorum,cum ſine his potẽs ſit eos ſaluare. Quidam autem herætici affligunt ſe ieiuniis vigiliis & huiuſmodi,quia ſine talibus ſanctitatis nomẽ apud ſimplices acquirere non poſſunt:nec eos ſimulationis ſigmento decipere. Vetus teſtamentum non habent, vel recipiunt: ſed Euangelia vt per ea non impugnentur & ſe defendant dicẽtes,quod ſuperueniente Euangelio vetera omnia ſunt abiiciẽda. Sic & verba ſanctorũ Auguſtini,Iouini,Gregorii, Chriſoſtomi,Iſidori, & autoritates eorum truncatas decerpunt, vt per ea ſua figmenta approbent,aut reſiſtant,vel etiã ſimplices ſeducant facilius, pulchris ſanctorum ſententiis doctrinam ſacrilegam colorantes. Illas autem ſanctorum ſententias quas ſibi vident

esse contrarias, quibusque error eorum destruitur tacite prætermittunt. Dociles inter alios cōplices & facundos docent verba Euangelii dictaque Apostolorum & aliorū sanctorum in uulgari lingua corde formare vt sciāt & alios informare, & fideles allicere, ac demum suam sectam pulchris sanctorum verbis polire: quo salubria putentur quæ persuadent. Et ita per dulces sermones seducunt corda innocentum. Nō solum viri, sed & fœminæ eorum apud eos docēt, quia fœminis magis patet accessus ad fœminas peruertēdas, vt per eas etiam viros ipsos subuertant: sicut per Euam serpens illusit Adā. Verbis coopertis loqui docent, ne pro veritate studeant loqui mendacium. Vt cū de vno requiruntur, de alio oblique respondeant, & ita auditores versute deludant, præsertim vbi per confessionem veritatis errorem suum timent deprę hendi. Eadem simulatione Ecclesias nobiscum frequentant, intersunt diuinis, offerunt ad altare, sacramenta percipiunt, confitentur sacerdotibus, obseruant Ecclesiæ ieiunia, festa colunt, ac sacerdotum benedictiones inclinato capite suscipiunt. Quamuis hæc omnia & similia Ecclesiasticę institutionis statuta irrideāt: & ꝓphana iudicent ac damnosa. Aiunt sufficere ad salutem soli Deo & non homini confiteri. Et eos qui sanctis offerunt luminaria derident. Deinde sequitur in eodem libro.

Incœpit autem hæc secta circa annum ab incarnatione domini, M. C L X X. sub Ioanne Bellomais archiepiscopo Lugdunensi.

Hæc ſunt candide lector quæ ex antiquo libro membraneo manuq́ue ante ducentos nouaginta ſex annos per prædictum fratrem Raynerium conſcripto fideliter trãſcripſimus. Ex quibus videre eſt hanc Valdenſium ſectam & præcipuas, peneque omnes (quæ nunc vigent) hæreſes, non recenter inuentas fuiſſe, ſed eas ante trecentos ſeptuaginta ſex annos veniſſe in vſum. Quarũ autores poſtea (vt ſeqtur) dãnati fuerũt. Hi ergo Valdenſes & ex ſua præſumptione, & Apoſtolici officii vſurpatione, ceciderũt primum in inobedientiam, deinde in contumaciã, poſtea in excommunicationis ſententiam, demum ab illa terra expulſi, ad concilium quod Romæ fuit, ante Lateranenſe vocati: pertinaces fuerunt & ſciſmatici iudicati, ac poſtremo vt hæretici condemnati, hæc ibi.

PRO HVIVS LIBELLI CONcluſione Alphonſi ſententiam, quam de Valdenſibus libro ſexto de heræſibus habet, capite de exorciſmo ſubiiciam.



ALDENSES ad hoc ſolum nati eſſe videntur, vt Eccleſiã ſubuerterent, ſi poſſent. Nulla enim re vtitur Eccleſia, quam non tentarint deſtruere. omnem (vt dicitur) lapidem mouerunt: vt eam

expugnarent, hæc illæ. Hos dominus cardinalis à turræ cremata nõ ab re bohemistas vocat, de quorum bohemorum origine, heræsibus, sectis ac eorundem cruentis in fideles christianos reges ac duces bellis, breuem & pulchrã habes æneç syluii Romanæ Ecclesiæ cardinalis primũ ac deinde papæ de bohemorum & ex his imperatorũ aliquot origine & gestis ad Alphonsum regem Arragonum hystoriam. Ex qua quantũ periculi immineat fidelibus christianis ex heræticorum multiplicatione, facile perdisces, cuius libri præfationis verba subiiciam. Viri cõstãtes qui vel exiliũ, vel carcerẽ, vel cędẽ pro testamẽto Christi fortiter ꝑtulere cũ rege suo in cœlo regnant, ex aliena victoria triũphantes, quorum multa milia bohemia tulit. Nã sicut hussitarum insania bohemicum nomen labefactauit: ita & fortium virorum constantia illustrauit. Nec prouincia est: quæ tempore nostro plures Christi martyres quam bohemia produxerit. Inter quos Equitem fuisse non est ambiguum: nobilibus parentibus ortum, captum ab husitis, admotum ignibus, pedes primum, deinde tibias, mox genua, coxasque, postremo reliquas corporis partes exuri passum potius, quam illorum insaniæ consentiret. Admiranda sunt quæ tẽpestate nostra inter bohemos emersere, siue pacem siue bellum, recenseas. Et paulo post. Nec mea sentẽtia, regnũ vllum est: in quo æuo nostro tot mutationes, tot bella, tot strages, tot miracula emerserint, quot bohemia no

bis ostēdit, hæc ille de antiquorum bohemorū heræticis. Ex quibus Valdenses suam colluniem hauserunt. qui quanquam mortui sunt omnes, viuunt tamē indiesq; eorū magis ac magis reuiuiscūt heræses, quas īpietatis suæ herædib⁹ olī q̃ citissime deserēdas, haud dubie significassent, & quidē libēter, si nunciū apud inferos (velut malus ille diues optabat) qui ad eos mitteretur, habuissent, dicente Greg. lib. 4. dialog. cap. 32. Et electus Lazarus est a reprobo diuite cognitus, in qua cognitione vtriusq; partis cumulus retributionis excrescit, vt boni amplius gaudeant, qui secum eos lætari conspiciunt, quos amauerint, & mali dum cum eis torquentur, quos in hoc mūdo despecto Deo dilexerūt, eos nō solū sua, sed eorū pœna cōsumat. Et August. ignoratur pœna Arrii, quia nescitur quot eius errore sunt subuertendi, hæc ille. De his autem loquimur qui pertinaces migrarunt è vita, quod ne de illorum sectatoribus contingat, Deum ipsum suppliciter oramus. Pro quorum salute præscripta omnia qualiacūque, ne vel misero hoc tēpore omnino absymboli simus, vtcunq; lusimus. in quib⁹ siquid min⁹ recte (quod absit) aut perite positum est, illud pœnitus reuoco. cætera vero sacrosanctæ Ecclesiæ, sanctæ sedi Apostolicæ, ac demum circunspectissimæ facultati theologię Parisiensis matri meę supplex castiganda summitto.

FINIS DEO GRATIAS.



LITERARIUS INDEX CUius prior Numerus folium, posterior vero eius faciem siue paginam indicat.

G

H

R

FINIS.

IMPRESSIONIS ERRORES *sic castigato.*

Foliũ.	Pag.	Linea.	Errata ad limam reducta.
12	1	11	Bona mẽte, lege bona emẽte.
15	1	19	Præſentate, lege præſentante & ibi in margine, præſentatos, lege præſentantes.
19	2	6. à fine	Et qui, dele, &,
24	1	3. à fine	Mitte, lege mittite.
27	2	4	Miniſtras, lege miniſtris. dein de lin. 7. 12. q. cap. 1. videntes, leg. 12. q. 1. cap. vidẽtes.
34	1	vltima	Poſt dictionem omnis adde res vt in margine
43	2	3 à fi. cõputãd.	Viatutum, lege virtutum.
45	1	1	Auere, lege fauere
52	1	vltima	Sibi, lege ibi
52	2	12	Ad religioſos, leg. ac religioſos.
55	1	19	Lege mali morerentur.
56	1	1	Sic nec, lege ſicut.
57	1	17	Sed ex Euchariſtia dele ex.
57	1	20	Euchariam, lege Euchariſtiã
58	1	6 à fine	Referunt, lege refert.
59	2	19	Titul. leg. titũ. deinde 3. lin. ſeq. tibi, lege titi. & 6. linea ſeq. faciendo, lege facienda.
60	1	1	Poſt dictionem laici, fiat punctus ſic,.

ERRATA.

65	1	3	Cum, lege non.
74	1	5	Bona aut, lege bona autem.
79	2	1	Profiteantur, lege profitētur.
89	1	9	Peuenerunt, lege peruenerunt
92	1	5 à fine	Noſtros, lege noſtris.
93	1	10	Primam, lege piam.
93	2	4 à fine	Moritorium, lege meritoriū.
94	2	7	Sententiens, lege ſentiens.
56	1	8 à fine	Ioannis lege Ioannes.
6	1	10 à fine	Facile & colligere, lege facile eſt colligere.
21	1	16	Etho. lege Ethicorum.
102	1	3	Adde fini capitis. Si adſit error intellectus.
107	2	3	De cuius, dele de.
108	1	10	Euenierunt, lege euenerunt.
112	1	6	Aperta, lege exerta.
113	1	7	Ac noue, lege ad nouæ ſacrificia.
eodē. eadē. 10			Ad pet. adiunge. cap.
115	1	3 à fine	Texus, lege teſtus.
eodē. 2		14	Data Chriſto, lege data à Chriſto.
116	2	1	Quodam, lege quondam.
118	1	4	(inquit) lege inquiunt.
111	2	7 à fine	Amplicauerunt, lege amplificauerunt.

ALANI INSIGNIS THEOLOGI OPVS.

Aduersus Hæreticos, & Valdenses, qui postea Albigenses dicti,

IN DVOS LIBROS DIVISVM,

ET

GVILLELMO MONTISPESSVLANI Principi nuncupatum.

Nunc primùm è Bibliothecâ PAPIRII MASSONI FORESII *in lucem editum, diligentiâ* I. MASSONI *fratris eius, Ecclesiæ Baiocensis Archidiaconi.*

Auspiciis Antistitum, & Cleri.



PARISIIS,

E' Typographiâ PETRI CHEVALIER, in monte Diui Hilarij.

M. DC. XII.

Cum Priuilegio Regis.



ANTISTITIBVS CLEROQVE GALLIÆ.



VB initium naſcentis ſanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ, ſubſequutiſque aliquot ſeculis, quanta pertulerit ſupplicia & calamitates ob Ieſu Chriſti nomen fidemque: quot millia martyrum ſanguinem ſuum fuderint, teſtis eſt omni exceptione maior Euſebius Cæſarienſis, ac Tabulæ martyrologiorum ad-

noſtram vſque ætatem conſeruatæ. Cuius rei mentionem faciens Hieronymus his vtitur verbis, *Parietes tui, Lugdune, teſtantur*. Ex quorum martyrum numero fuit Irenæus quem præfuiſſe Galliarum Epiſcopis memoriæ tradidit idem Euſebius, nomenque Primatis decuſque idcirco ſucceſſoribus reliquit. Is quidem dux egregius coronam militis palmamque eſt adeptus, ac libris ſuis doctiſſimis ciues docuit peſtes hæreticorum odiſſe, & deuitare, donec reſipuiſſent. Quibus monſtris, Deo propitio, nobiliſſima illa ciuitas multis ſeculis caruit, ſed tandem peccatis exigentibus maximoque do-

lore ciuium emerſit vnus cenſu valdè diues, attamen ſenſu inops vt euentus docuit. Petrus ei nomen fuit, Valdo cognomen: natus in vico, qui priſco nomine poſtea mutato dictus eſt *Vaudram*, eo quòd populari lingua Valdo & ſectarij eius *Vaudois* cognominarentur: maledictus etiam vicus tunc, hodieque adhuc appellatur: idque in odium auctoris, cui bonum ſi in pubertate mortuus fuiſſet, aut in confluentes Rhodani & Araris vndas præceps fortuitò ruiſſet. Is enim, infœlix Hæreſiarcha futurus, circa annum Chriſti ſupra milleſimum centeſimum ſexageſimum, cùm quadam die in limine domus con-

ſidens vidiſſet vnum è vicinia ſubito cecidiſſe mortuum, eo caſu motus, remque humanam altè conſiderans, domum ac bona ſua, quæ multa erant, ſponte reliquit, ſicque diſperſit vt maximus plebis concurſus ad eum fieret: abiectiſſimam paupertatem eſt profeſſus ac totum ſe Euangelicæ lectioni deuouit. Et quia literarum ignarus erat, Prophetarum, Apoſtolorumque ſcripta Gallicè vertenda curauit, populoque noua auidè appetenti in vicis & plateis peruersè interpretabatur, & ſic plurimorum animos ſubuertit, ac vrbem paucis annis fœdauit, multa loquens impia, variaque dogmata ſuis præſcribens, qui

vulgo ab autore, Valdenſes, pauperes de Lugduno, & Lyoniſtæ à Gallis paſſim dicebantur, ab Italis verò Inſabatati, eò quod nullum feſtum colerent. Qui quamuis paupertatem amplecti viderentur, reſque omnes reſpuerent, tamen cùm operimentis veſtibuſque egerent, in officinas mercatorum erumpentes rapiebant inuitis dominis quæ deſiderarent, nec his reſiſti poterat ob eorum ingentem multitudinem. Tandem in ius vocati ſunt ab Archiepiſcopo Lugdunenſi, & moniti de erroribus abiurandis: quod cùm facere recuſaſſent, conuicti ſunt, & ſacro fulmine icti, vrbeque expulſi. Valdo exi-

tialis doctrinæ autor in Belgium ſe contulit, vbi perfidiæ ſuæ ſemina ſparſit ſectatoreſque non paucos habuit, & peragrata Germania, ac aliquantulum ad Vangiones commoratus, Bohemiam petiit, ibique conſedit: ac Picardos hodie, qui ex illa ſectâ prodiere, appellari dicunt, id nomen ab anteceſſoribus retinentes è Belgica ſecunda olim ortis. Socij autem Valdonis ſeu diſcipuli, quos poſt ſe Lugduno abduxerat, & qui Barbæ, id eſt miniſtri vocabantur, alij in Alpes effuſi ſunt, alij ſecundùm Rhodanum, in Septimaniam videlicet ad Albigenſes, Ruthenos, Biterenſes, Cadurcos Agninenſes, Tholoſates (priſcis

temporibus Gothorum domicilia) vbi breui virus toxicumque tam è Magiſtri doctrinâ quàm ſua confectum Arnaldus Barba diſſeminauit: vnde ſectatores eius Arnaldiſtæ dicti, alij diuerſas ob cauſas Albigenſes, Paſſageni, Paterini, Lollardi, Turelupini & Gynici. Qui omnes in Concilio Laterano infra decennium celebrato damnati fuere. Et inſtantia ſummorum Pontificum, ac ſanctæ ſedis legatorum diligentia à Regibus Francorum, Philippo ſecundo, Ludouico octauo, filioque eius poſtea inter diuos relato deleti ſunt vi, & armis duce ſtrenuo fortiſſimoque viro Symone à Monteforti nobili ge-

nere apud Carnutes nato, vt Annales hiſtoriæque plures diffusè tradunt, diplomataq; Pontificum Rom. & Regum. Ad id autem bellum vt cruce ſignati, omnes ob deliċtorum veniam certatim ibant, etiam Epiſcopi, Abbates, & alij è Clero. Quæ Albigenſium inſana hæreſis antequam è Gallorum mentibus euelleretur, effluxere anni octoginta. Hactenus de Valdone & ſequacibus eius, quorum Hiſtoriam, quam probe ſciteque noſtis (Doctiſſimi Antiſtites) breuiter attingere volui in gratiam eorum qui eam penitus ignorant. Et cùm plures aduerſus horum errores ſcripſerint, inter cæteros maxime eluxiſſe

videtur, Magiſter Alanus inſignis Theologus, cuius opus è Bibliothecâ Pap. Maſſonj fratris mei in lucem prodere volui ſacris veſtris Auſpicijs, vt deinceps publicæ inſeruiat vtilitati, excitenturque Segreges ad ſanitatem animi ab hæreſi Caluini redire, cuius dogmata ſi non omnia, plurima tamen à Valdone atauo ſuo hauſit aliaque peiora cõfixit. Alani autem patria erat, vt videtur Monſpeſſulanus (vbi fons eſt artis phyſicæ vt ait Cæſarius Monachus, de quo infra) aut vicinia, qui opus ſuum tumultuantibus illius ſeculi procellis, id eſt Albigẽſium temporibus; ſcripſit vt refert ipſe, & dicunt Vvillelmo Mon-

tiſpeſſulani Principi admodum
Catholico. Eius autem operi
ſubijcimus capita duo ex libro
quinto illuſtrium miraculorum
& hiſtoriarum præfati Cæſarij,
Ciſtercienſis ordinis, natione
Germani, qui illa ætate vixit,
vbi multa de Valdone & Albi-
genſibus commemorat. Plures
vero ſcriptores nomen Alani
ferentes extitere, quos, eo ob-
miſſo, Geſnerus ordine recen-
ſet, preſertim Inſulenſem Theo-
logum. At ne hæc epiſtola mo-
dum excedat, finiam, cùm vos
ſupplex orauero vt hoc opus
ſereno excipiatis vultu: tum
enim licebit, me veſtrum de-
uinctiſſimum vbique prædica-
re. Valete in Chriſto. Lutetiæ

feſto S S. Apoſtolorum Petri & Pauli, ſecundo Kal. Iulij, 1612.

I. MASSONVS *in Eccleſia Baiocenſi Archidiaconus.*

INDEX
CAPITVM.

TABVLA Libri Secundi.

FINIS.

LECTORI S.

CVm antiqua MS. erratis passim scatere videamus, certissimum est id contingere scribarum culpa, qui aut saltem eorum maior numerus, Latinæ Linguæ inscij nimia festinatione aut notis quam plurimis vtebantur; labori, cartæ, & tempori parcere cupientes, alij sperati lucri causa, cæteri verò nulla spe mercedis, & quod numquam aut rarò quæ scripserant ad Archetypum non relegerint, & si quas seposuerant lacunas postea non expleuerint ob neglectam collationem, imo & cùm occurrebant verba quæ legere minimè poterant, alia sæpe finxerunt inaudita, aut ridicula quæ sensum Authorum corruperunt. Ne mireris igitur si in excudendo hoc Alani opere quædam elapsa sunt verba aut paulo obscuriora, aut etiam punctis quibusdam suppleta: cùm in emendatiorum chartarum impressionibus plurimæ nonnumquam mendæ committantur.

I. B. MASSONVS.

Anagramma ſic alloquitur.


Tu ſapiſſe noſti, bona amans.

Qui bona amat, mala declinans, ſapit ille, locumq;
Inter prudentes debet habere viros.

Es ſapiens igitur vel nomine teſte, quod inquit,
Tu bona amans, noſti ritè ſapiſſe, vale.

Ardens, ardens os vatis.

ANDREAS DE ROVSSANT Poëta & Iuriſconſultus Lugdunenſis, I. B. Maſſono conſobrino chariſſimo, hoc Anagramma vouit Pariſijs, anno Chriſti 1588, In lætiſſima S. Ioannis Babtiſtæ, eius Patroni, Natiuitate.



PROLOGVS, AD PRINCIPEM MONTISPESSVLANI.



MANTISSIMO *Domino suo, Vvuilelmo Dei gratia Montispessulani Principi, quem non solum generosi generis titulus insignis, verum etiam generosior mentis generositas præinsignit, Magister Alanus in omnibus & per omnia suus, opus suum. Cùm inter uniuersos mundi Principes te videam specialiter indutum armis*

fidei Christianæ, nec nauicula Petri inter tot tumultuantes huius seculi procellas deserere videatur, hoc opus de fide Catholica conscriptum, tuæ discretioni deuoueo consummatum. Quamuis fides Catholica non solum diuinarum rationum, verum & humanarum fundamentis innixa præfulgeat, & auctoritatibus Theologicis valde irrefragabilibus maxime munita præmineat, tamen per nouos hæreticos nouis, immo veteribus, & nouissimis hæresibus debacchantes, non propheticis speculationibus deditos sed sensuum speculis destinatos: Cogor disertis rationibus de rationabili reddere rationem, qui in hoc ab antiquis hæreticis differunt, quòd illi humanis rationibus fidem nostram expugnare co-

nati ſunt: iſti verò nulla ratione humana vel diuina freti, ad voluntatem & voluptatem ſuam monſtruosè confingunt. Olim vero diuerſi hæretici, diuerſis temporibus, diuerſa dogmata & aduerſa ſomniaſſe, leguntur, quæ generalis Eccleſiæ publicis edictis damnata noſcuntur. Noſtris vero temporibus, noui hæretici immò veteres & inueterati, vetera innouantes dogmata, ex diuerſis hæreſibus vnam veterem compingunt, & quaſi è diuerſis idolis vnum idolum, ex diuerſis monſtris vnum mõſtrum, & quaſi ex diuerſis venenatis herbis vnum toxicum commune conficiunt. Sed quia antiqua ſunt dogmata, non nouis elaborandum eſt inuentis, ſed rationibus obuiandum autenticis, quæ impia dog-

mata à præclari ingenij viris & in omni disciplina exercitatis deleta fuisse traduntur, vt ab Augustino, Hylario, Hieronimo, & cæteris patribus orthodoxis. Sed quia hæresis eadem semina pullulant rediuiua, eisdem antiquorum patrum sunt obijcienda munimenta, & si noua emerserit hæresis, infirmāda rationibus firmis. Et quia te, Princeps strenuißime, specialem fidei filium & defensorem intueor, tibi hoc opus deuoueo, & à te huius operis examen expecto. Hoc autem opus quatuor voluminum distrinctionibus separatur: quorum primum contra hæreticos, secundum contra Valdenses, tertium contra Iudæos, quartum contra Paganos æditum esse cognoscitur.



ALANI INSIGNIS quondam Theologi operis contra hæreticos.

LIBER PRIMVS.

De collatione gentilium & Christianorum in materiali & spirituali strenuitate.



ICVT in antiquorum tractatibus legitur, quod proci & proceres gentium humanam venantes gloriam, generosè diuersa monstrorum genera deleuerunt, vt Hercules Antheum, Theseus Minotaurum: Iason taurum igniuomum, Meleager aprum inestimabilem, Chorebus stigiale mõstrum, Perseus Mammum portentum. Sic generosi sanctæ Ecclesiæ proceres diuersorum

hereticorum & heresim monstra, leguntur armis spiritualibus expugnasse. Et sicut Antheus resumptis à terra viribus, factus est fortior; Hydra, dāno capitum facta locupletior, sic extirpatis antiquis & antiquatis heresibus eædem antiquæ repullulant: Sed in hoc magna est differentia, quod Anthei fortitudo deleta, Hydra funditus extirpata: Sed non sunt inter modernos qui innouatis heresibus obuient, repullulantes extirpent. Ego tamen inter filios Iesse minimus de post fetantes assumptus, tentabo Goliam proprio gladio trucidare, & Ægiptum Hebreis insultantem occidere.

Quibus auctoritatibus muniti hæretici, dicunt esse duo rerum Principia.

AIUNT heretici, temporis nostri quod duo sunt Principia rerū. Principiū lucis, & Principium tenebrarum. Principium lucis dicunt esse dominum à quo sunt spiritualia videlicet animæ & Angeli. Principium tenebrarum Luciferum à quo sunt corporalia. Hoc autem nituntur probare auctoritatibus, & rationibus sic, Arbor bona non potest fa-

cere fructum malum, nec arbor mala fructum bonum. Ergo cùm Deus summè bonus est, mala ab ipso non sunt: Sed cum mala sint, ab aliquo sunt, ergo ab alio quam à Deo. Ergo cùm Deus sit initium bonorum, aliud est Principium malorum. Item in principio Geneseos legitur, quod tenebræ erant super faciem abyssi, & sic mundus habuit initium à tenebris mundi, creator itaque fuit principium terræ, & sic malus fuit auctor mundi, qui suæ creationis initium cepit à tenebis. Item Christus ait in Euangelio, venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquam. Ibi Luciferum vocat principium mundi potius quàm se, & ideo potius erat auctor mũdi quàm Christus. Et alibi dicitur, Nemo potest duobus dominis seruire, scilicet Deo & mammonæ, ibi Christus vocat se, & mammona Dominos, id est diabolos: Sed Christus non dicitur Dominus nisi ratione creationis, ergo & diabolus Dominus à simili dicitur. Item ait, vos ex patre diabolo estis. Item Apostolus, non ego operor illud, sed quod habitat in me id est peccatum in carne mea. Si peccatum in carne & à carne est, & caro sine

peccato esse non potest, caro malum est, & ita à Deo non est. Item, Sentio autem legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. Si lex carnis lex peccati est & mortis, videtur caro mala esse & ideo à Deo non esse. Item idem ait: Caro pugnat aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, sed caro semper rationi contradicit, caro mala est, & sic à malo est.

Quibus rationibus muniti hæretici dicunt esse duo rerum principia.

HIIS etiam rationibus muniti hęretici suam opinionem probant. Si Deus ista visibilia fecit, aut incorruptibilia facere potuit, aut non. Si non! impotens fuit: si potuit & noluit, inuidus fuit. Item si causa immutabilis, effectus immutabilis, sed constat ista corporalia mutabilia esse, ergo causa eorum mutabilis. Item cùm multa in mundo agantur casu, non videnter agi diuina ordinatione. Item cùm caro hominis in peccatum, & per peccatum generetur à bono principio esse non videtur. Item quæ-

dam creaturæ ſunt quæ ad nullam vtilitatem tendunt vt ſerpentes, muſcæ, araneæ, ſed in multiplicem pernitiem. Ergo cum ad malum ſunt, & non ad malum ſunt, & non ad bonum, à malo ſunt, & non à bono.

Solutio Chriſtianorum ad dictas auctoritates hæreticorum de duobus rerum principijs.

HIIS autoritatibus reſpondimus, quod illa autoritas arbor bona, &c. intelligenda eſt de intentione bona vel mala. Ex bona enim intentione non procedit niſi opus bonum, ex mala intentione non niſi malum, dicimus etiam quod hoc nomen, malum, aliquando ſupponit actionem malam, aliquando ipſius defformationem actionis, vt cum dicitur non eſt malum in ciuitate quod Deus non faciat, id eſt, non eſt actio mala quam fieri non ſinat. Ipſam verò malitiam id eſt actionis deformationem ſecundum quod dicitur malum nihil eſt, non facit. Ipſa enim deformatio actionis, quæ actio dicitur mala nihil eſt, prout ergo hoc nomen ſupponit actio-

nem malam, malum dicitur esse aliquid, & esse à Deo, non in eo quod est malum sed in eo quod est, prout verò supponit malitiam non esse à Deo nec esse à Deo dicitur potius cum notat priuationem quam rei positionem, dicimus etiã quod hoc nomen, tenebris, potius notat lucis carentiam quàm rei existentiam & ideo mundus initium non habuit à tenebris, & est sensus: Tenebrę erant super faciem abyssi, id est non erat lux; diabolus etiam non dicitur princeps mundi, quia mundum creauerit, sed princeps mundi id est mundanorum hominum, quia in cordibus eorum principatur, & regnat per appetitum terrenorum. Eadem ratione dicitur dominus mundi quod autem mundus dicantur mundi amatores. In Ioanne legitur vbi dicitur & mundus eum non cognouit, id est mundi amatores. Et alibi, regnum meum non est de hoc mundo, id est amatores huius mundi, non sunt regnum meum, id est in eis non regno: diabolus autem dicitur pater hominis non ratione creationis, sed ratione imitationis, quia perpetua opera eum imitãtur. Peccatum autem dicitur habitare in carne hominis, id est fomes pec-

cati, ſiue concupiſcentia, quæ in carne habitat ratione infirmitatis non ratione ſubſtantiç ſed ratione circonſtantiæ, ex quo enim Adam peccauit facta eſt caro prona ad concupiſcendum, id eſt homo ex infirmitate carnis. quamuis ergo concupiſcentia maneat in carne occaſionaliter non tamen caro eſt mala id eſt vitioſa ſed humiliata id eſt infirma, non ideo minus eſt à Deo, ſicut homo quamuis infirmus ſit, tamen à Deo exiſtentiam habet. Simili modo ſequens exponitur autoritas. Quamuis lex peccati & mortis, id eſt concupiſcentia in membris, à membris ſit occaſionaliter, id eſt ex infirmitate membrorum, tamen ipſa membra quamuis vitiata, id quod ſunt à Deo ſunt, ſed vitiata id eſt infirma à Deo non ſunt. Quod autem caro dicitur pugnare aduerſus ſpiritum, non eſt intelligendum de ipſa carne, ſed de carnis carnalitate, caro enim id eſt carnalitas ſemper contradicit ſpiritui, id eſt rationi.

Reffelluntur rationibus hæretici, de duobus rerum principijs.

RATIONIBVS sic respondetur. Quamuis Deus mundum potuit facere immutabilem actu, & non fecit, inuidus non fuit, bonitatis enim summæ fuit, quod mundum fecit, sapientiæ verò quod mutabilem esse permisit, vt immutabilem imitaremur: omne enim mutabile insinuat aliquid esse quietū, omne enim nobile insinuat aliquid esse quietum. Ideo dico mutabile actu, quia non potuit facere aliquid quod esset immutabile natura, quia omnis res creata, ex eo quod creata est, habet principium suæ existentiæ, eadem ratione finem habet actu vel natura, omnis enim res duobus clauditur terminis. Preterea non sequitur quod si causa immutabilis, effectus sit immutabilis. Alia est causa efficiens, alia est formalis: efficiens causa est quæ mouet & operatur, ad hoc vt res sit, & artifex vt causa efficiens operis sui, eamque mouet, & operatur ad hoc quod sit, nec tamen sequitur quod si aliquid prædicatur de artifice, quod de eius opere &

ecōtra, contingit enim opus esse diuturnum non tamen artificem: A simili cum Deus summus artifex omnium rerum sit, & efficiens causa, ipse immutabilis est, non tamen res immutatur, immò impossibile est res ab eo creatas non esse mutabiles, quia quicquid habet initium naturaliter baget & finem,

Omne quod est genitum tendit ad interitum.

De formæ autem causa verum est vt si ipsa mutatur, effectus mutetur, vt si albedo mutatur, album mutatur. Si humanitas quæ est natura substantialis hominis & causa formalis, causæ immutabilis est & effectus eius id est facere homines. Cum ergo Deus nōn sit causa formalis sed efficiens quamuis ipse sit immutabilis, non tamen res immutatur. Et quamuis multa videantur agi casu in hoc mundo, tamen omnia fiunt Dei ordinatione, id est fiunt, quia nouit quomodo & qualiter singula fiant: Nulla namque res est vt dicit Philosophus, cuius ortum legitima causa & ratio non precedat. Vnde in Euāgelio dicitur, quod nec vnus passer cadet in terram sine Deo. Sequenti rationi hæc datur responsio, multa sunt quæ in peccato fiunt, & mediante peccato, & tamen peccata

non sunt, & à Deo non sunt, vt scientia quam iste acquirit mala intentione, scilicet intuitu fauoris humani, vel terreni emolumenti mediante peccato habetur ab isto, & tamen est à Deo. Similiter potestas quam iste acquirit symoniacè, in peccato & per peccatum acquiritur, & tamen à Deo est. Similiter pecunia quæ per vsuram acquiritur, in peccato & per peccatum habetur. A simili quando caro humana occasionaliter originem habeat ex peccato id quod est à Deo est: sunt tamen qui dicunt frequenter corpus humanum concipi sine peccato: carnale commercium celebratur spe prolis, corpus etiam Adæ sine peccato ad esse processit. Preterea nulla creatura est, quæ ad aliquam vtilitatem facta non sit, quædam namque creata sunt à Deo in esus hominis, quædam in vsus, vt iumenta; quædam ad humiliandum, vt venenosa animalia, quod homo considerans quod hęc vsque ad mortem sibi nocere possunt & minima animalia, humilietur sub manu omnipotentis Dei, & quod & à quo sit recognoscat, quædam ad intelligendum creatorem, vt per ea quæ facta sunt inuisibilia Dei conspiciantur, quæ-

dam ad puniendum, vt pœnæ gehennales, & aliæ ad puniendum omne ſicut inſtrumentales, quædam ad exercitium, vt quædam nociua per quæ homo exercitatur per bonum ad patientiam, quædam ad delectandum, nihil enim in mundo creatum eſt, quod ad aliquem bonum vſum creatum non ſit.

Quibus auctoritatibus probatur quod Deus bonus creauit mundum.

POST auctoritates determinationum & rationum infirmationem quibus hęretici ſuum videntur confirmare errorem: ad autoritates & rationes quæ eis obuiant ſtylum vertamus. Ait Ioannes de Chriſto. Omnia per ipſum facta ſunt, hæc vniuerſitas aut omnia colligit ſcilicet viſibilia aut inuiſibilia, aut non, ſi non omnia, aut inuiſibilia tantum, aut viſibilia tantum, aut quædam quod ipſi non cōcedunt. Si inuiſibilia tantum, cur potius inuiſibilia quam viſibilia, cum multo maior multitudo viſibilium quam inuiſibilium quæ potius ſpectant ad vniuerſitatem, vnde ſequitur, & ſine ipſo factum eſt nihil, id eſt nulla res facta ſine

eo. Fortasse dicent hęretici quod hoc nomine, nihil, designatur res corporalis quæ corrumpitur, & ad nihilum tendit, sed multa corporalia sunt, quæ non corrumpuntur, nec ad nihilum tendunt, vt sol & aliæ stellæ, de terra autem dicitur, quod in æternum stat. Si dicant quod & stellæ variantur, secundum ortum & occasum, secundum augmentum & detrimentum luminis, eadem ratione animæ variantur & ad nihilum tendunt, mutantur enim secundum dolorem & gaudium, secundum ignorantiam & scientiam, secundum peccatum & iustitiam. Qua ergo hoc nomine nihil designatur hoc omne corporale quia variabile, ergo & omnis species quia omnis species carnis variabilis. Item in eodem Euangelio, in propria venit & sui eum non receperunt, quotquot quæ, & per propria designantur, nisi ista visibilia & mundana: In qua venit Christus per assumptam humanitatem, quæ dicitur Christi propria: non ratione possessionis, sed ratione creationis & auctoritatis. Si dicunt propria esse Christi ratione possessionis, ergo possessio diaboli possessio Dei, quia si sunt creata à diabolo: potius possiden-

tur

tur ab ipſo quam à Deo, maximè cum nulla ſit coniunctio Chriſti ad Belial. Item in eodem. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt. Item in Apoſtolico ſymbolo, quod æditum eſt ab Apoſtolis quod dicitur, Credo in Deum legitur creatorem cœli & terræ. Item Chriſtus in euangelio: nonne duo paſſeres venerunt dipondio & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo: quid eſt paſſerem non cadere ſuper terram ſine patre veſtro niſi paſſerem eſſe ſub Dei poteſtate? Item in euangelio ait, quod Deus veſtit lilia agri: quid eſt dominum veſtire lilia agri, niſi eis dare ita elegantem naturam & ita naturam lilij à Deo eſſe? Item Apoſtolus in epiſtola ad Coloſſenſes ait de Chriſto loquens, in quo vniuerſa condita ſunt viſibilia & inuiſibilia. Item in epiſtola ad Hebræos, Multifarie multíſquè modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio quem conſtituit heredem vniuerſorum per quem fecit & ſecula. Item in eadem epiſtola auctoritate Dauid probat Deum creaſſe cœlum & terram in hunc modum. Initio tu domine terram fundaſti,

& opera manuum tuarum ſunt cœli. In Luca etiã vbi texitur Chriſti generatio, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Adam dicitur fuiſſe filius Dei ratione creationis, & ita fuit à Deo & non à diabolo. Item Chriſtus in euangelio ad Iudęos ait, vos inhonoraſtis me de quo dicitis quòd Deus veſter eſt. Si ergo Iudęi dicebant Deum patrem, eſſe Deum ſuum, diabolum non credebant Deum eſſe ſuum. De ijs hęreticis contra quos loquimur ait Apoſtolus in epiſtola ad Timothęum, ſpiritus dixit in extremis temporibus, quidam recedent à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hipocriſi loquentes mendacium prohibentium nubere, abſtinere à cibis quos Deus creauit. Nonne præfati hæretici vltimis temporibus recedunt à fide, inquam, quam tenet generalis Eccleſia? non enim à fide Iudęorum recedunt, quia fidem non habent, nec à fide Sarracenorum, quia fide carent, à fide autem Chriſtianorum recedunt: ij ſunt qui intendunt doctrins dæmoniorum, & ſe fingentes iuſtos eſſe, in hypocriſi loquuntur mendacium, ipſi prohibent nubere, quia nuptias damnant, ipſi

iubent abſtinere à cibis, quos Deus creauit. Item in Matthęo introducitur Dominus loquens in hunc modum, qui fecit ab initio maſculum, & fœminam fecit, creauit eos, & alibi qui fecit quod de foris eſt, & quod intus eſt fecit: & alibi, ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Paulus in epiſtola ad Corinthios ait, poſuit Deus membra vnumquodque eorum in corpore ſicut voluit. Item Petrus, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, ſuſcitauit filium ſuum Ieſum.

Quibus autoritatibus philoſophorum probatur quod Deus omnipotens creauit mundum.

AVCTORITATIBVS etiam gentilium philoſophorum prędictorum confundunt errores. Dixit enim Apoſtolus, quod per ea quæ facta ſunt, inuiſibilia Dei conſpiciuntur à philoſophis, quia per rerum magnitudinem intellexerunt philoſophi Dei potentiam: per rerum pulchritudinem eiuſdem ſapientiam, per eundem ordinem bonitatem diuinam, vnde Plato loquens de Deo

ait, Genitorem vniuersitatis tam inuenire difficile est, quàm iuuentum digne proferri. Boëtius etiam in libro consolationis ait.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum cœlique sator.

Quibus rationibus probatur quod Deus omnipotens fuit creator tam visibilium quàm inuisibilium.

ITEM variis rationibus asseritur, si diabolus est autor visibilium: queritur an initium habuerit, an non! quod initium habuerit, Christus insinuat dicens, hic ab initio hominum fuit. Duo fuerunt autores rerum coëterni, & ita duo rerum coëterni creatores, & à simili duo dij, cum omnis scriptura veteris & noui testamenti clamet vnum Deum solum esse. Item cum diabolus mutabilis sit & variabilis, aliquando est in eo compositio saltem proprietatis ad subiectũ, cum mutatio nihil aliud sit quam accessus vnius proprietatis ad subiecti & recessus alterius: omne autem compositum habet principium suæ existentiæ. Item si duo sunt rerum principia, aut vnum fuit

imperfectum, aut alterum superfluum. Item diabolus aut malitia ductus mundum creauit, aut bonitate: sed bonitate non, quia autor mali, & summė malus non potest facere aliquid nisi ex malitia, sed si ex malitia mundum creauit, quomodo ita singula ordinauit, vt tempora sic eleganter succedant, luna & stellæ seruiant nocti, sol diei, cum potius elucescat iustis summa bonitas quàm malitia? Item si diabolus ab æterno fuit, scilicet lucifer, queritur vtrum alij dęmones fuerunt coëterni vel non: si dicunt, quod non fuit nisi vnus solus Deus, scilicet lucifer, conuincuntur auctoritate euangelij dicente, quod diabolus respondens Christo quęrenti, quod esset nomen eius dixit, legio nomen est mihi, quasi dicat non est hic vnus solus demon, sed plures. Et alibi legitur. Iudęos dixisse de Christo, in Belsebuth principe dęmoniorum eijcit dęmones. Quæritur ergo vtrum alij dęmones fuerint lucifero coëterni, si coëterni fuerint ergo multa fuerunt Deo coëterna. Item cum boni spiritus & mali sint eiusdem naturæ, sicut boni spiritus habent bonum initium ità & mali. Item si alij dęmones fuerunt lu-



cifero coëterni, queritur vtrum potuerint creare mundum, ſicut lucifer, cum eſſent eiuſdem naturæ cum eo. Si vero alij dęmones initium habuerunt, quæritur à quo: manifeſtum eſt enim quod neque ſe compoſuerunt neque cauſa eſſe potuerunt. Sed ſi à lucifero initium habuerunt, non ſolum lucifer autor fuit corporalium ſed & ſpiritualium, ſi à Deo Deus fuit autor eorum. Item cùm omnes creaturæ ſint mutabiles, oportet vnam cauſam eſſe immutabilem, à quo omnia mutabilia procedant: cum lucifer mutabilis ſit ab immutabili ſcilicet à Deo eſt. Si à Deo eſt, aut malus fuit à Deo creatus, aut bonus, ſed abſit quod malus, quia mala natura à Deo non eſt, quia natura nulla in eo quod eſt mala, & ita lucifer à Deo bonus creatus eſt. Et ſic poſtea per peccatum malus eſſe incepit. Sed ſi à Deo creatus eſt, & poſt creationem viſibilia ab eo facta ſunt aut exiſtens malus ea creauit, aut exiſtẽs bonus, ſed ſi exiſtens bonus ea creauit, creatum, creaturam creauit, ſcilicet, ſed quomodo genitum à genito creari potuit, vel creatum à creato? neceſſarium etenim eſt quod illud quod creat, increatum ſit: ſi

enim ab illo crearetur, aut illud esset creatum, aut non, si creatum esset, creaturarum occurreret infinitas, oportet ergo creatorem increatũ esse; nec est ratio quare vna potius creatura creet aliam, quam alia aliam. Si verò malus existens, & malitia creauit mundum vt dictum est, inordinatè potius essent facta quàm ordinatè. Liquet ergo omnia esse facta à Deo, & non à lucifero, quia si duo essent rerum principia & alterum esset principium bonorum, alterum malorum, sic principium bonorum esset summè & summum bonum. Ita principium malorum esset summè & summum malum. Si ergo in summè bono nulla malitia, ita in summè malo nulla bonitas: ergo nulla malitia: malitia enim semper habet fundamentum naturam bonam quam demoliatur & consumat. Item si à diabolus creauit corpus hominis, Deus vero animam quæritur qua autoritate anima sit iuncta corpori, & corpus animæ. Si dicunt Deum & diabolum ad hoc conuenisse, aliqua fuit conuentio Christi ad Belial. Absit etiam vt dicamus Deum, animam ad hoc creasse vt vniret eam malæ naturæ: quia secundum hoc

posset anima causam peccati sui ad Deum retorquere.

Opinio quorundam hæreticorum, qui dicunt quod non sunt in corporibus humanis aliæ animæ, nisi dæmones & quod omnes angeli ciciderunt de cœlo.

QVIDAM autem prędictorum hęreticorum suę ignorantiæ quærentes auxilium, negant singulis diebus animas creari, & corporibus infundi, asserents solos angelos apostatas, qui de cœlo descenderunt, corporibus infundi humanis Dei permissione, vt ibi pœnitentiam agere valeant de quibus & dicunt quod vnus potest spiritus octo corporibus successiuè infundi, vtsi pœnitentiam non egit in vno agat in alio decem vel etiam sexdecim corpora possunt intrare, propter quod dicunt, quod nullus alius est spiritus hominis nisi angelus apostata, & quod in cœlo non sunt spiritus, quia omnes spiritus qui in cœlo erant, cum lucifero ceciderunt. Hoc conãtur probare hac autoritate. Nõ sum missus nisi ad oues quę perierunt de Is-

raël: domum Iſraël vocant conuentum angelorum qui in cœlo creati ſunt, ad hoc vt videant Deum, ſed per peccatum lapſi ſunt. Alia etiam autoritate dicunt quod nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit filius hominis qui eſt in cœlo.

Quibus rationibus & autoritatibus probatur, quod anima eſt in corpore humano & non dæmones.

IVXTA hanc opinionem cum Chriſtus eijciebat ſpiritum malignum à corpore humano, cum nullus alius ſpiritus eſſet in eo, corpus remanebat exanime. Item ſi corpus hominis à diabolo, & ſpiritus hominis diabolus, homo totus eſſentialiter malus eſt, & ita bonum agere non poteſt, & ita non poteſt mereri vitam æternam. Item variȩ clamant auctoritates animam eſſe in homine, non angelum: Ait enim Chriſtus, nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius eum timete qui habet poteſtatem corporis & animȩ mittere in gehennam. Et alibi ait: quid prodeſt homini ſi vniuerſum

mundum lucretur, animę vero suæ detrimentum patiatur? Item idem ait, qui odit animam suam in hoc mundo, inueniet eam in vitam ęternam: forsitam obijcit hęreticus quod in actibus Apostolorū angelus spiritus hominis dicitur, vbi fideles in vno loco congregati Petro pulsante dixerunt angelus eius est, id est angelus qui spiritus eius est, quasi dicat spiritus Petri est, & non Petrus: ad quod dicimus quod ibi vocatur angelus Petri, angelus deputatus Petro ad custodiam: frequenter namque angeli deputati hominibus ad custodiam in eorum specie apparuisse leguntur, vel angelum Petri vocauerunt animam Petri, putantes Petrum esse occisum, & animam eius apparere, & id de Petro velle nunciare, ergo quia nuntiantis gerebat officium angelum vocauerunt, angelus enim interpretatur nuntius.

Qua ratione dicunt hæretici, dæmones in corporibus humanis puniri.

DICVNT etiam prædicti hæretici, quia angeli peccauerunt in spirituali natuta, voluit eos Deus punire in

corporali ſubſtantia, & ibi pœnitentiam agere, nõ tamen eſt eis ablata, vt dicunt, libertas arbitrij, nec potentia pœnitendi, aliter iniuſte ageretur cum eis.

Solutio prædictorum quod dæmones pœnitere non poſſunt.

AD hoc dicitur quia ex ſuperbia peccauerunt, vbi dicit auctoritas prima, indurati ſunt quod pœnitere non poſſunt, & hoc eſt ex eorum indurata malitia non ex Dei iniuſtitia, ſicut boni angeli per gratiam confirmati peccare non poſſunt. Item ſi dęmones diuerſa intrant hominum corpora vt pœnitẽtiam agant cur vſque ad 8. & XVI. conceditur illis introitus in corpora, & non amplius? Prętere a qui hoc aſſerunt in errorem Pithagoricum cadũt, qui aſſerunt animam hominis merito peccati, poſt mortem intrare in corpus alterius hominis, vel bruti animalis. Item ſi dęmones volunt ſaluari, vnus vult ſalutem alterius, aliter bonam voluntatem non haberet nec ſaluari vellet: ſed diabolus non vult ſalutem proximi ſui, quia ſuggerit malum ſpiritui hominis, & ita inter ſe dęmones

diuisi sunt, & sic desolabuntur. Omne enim regnum vt ait Christus, in seipsum diuisum, desolabitur.

Quibus auctoritatibus & rationibus probatur, quod dæmones non saluabuntur.

QVOD autem homines damnabuntur, videtur insinuare Dominus in Euangelio, vbi ait. Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Item qua auctoritate & ratione freti dicunt dęmones esse spiritus hominũ, vel intrare corpora diuersa vbi agatur ab eis pœnitentia, vbi autem nec adest auctoritas, nec ratio, nec est probabilis opinio. Item qua ratione dicunt alios homines humanibus corporibus infundi, coguntur asserere luciferum vt pœniteat, alicui corpori debere vniri: fortasse dicent infundendum corpori Antichristi, iuxta illam auctoritatem quæ ait, quod Lucifer corporaliter habitabit in Antichristo: sed hoc non ad essentiam sed ad potestatis plenitudinem refundendum est vt sit sensus, habitabit in eo corpore id est plenariè possidebit

eum, ad omnem voluntatem ſuam explendam. Item ſi veritas humanæ naturæ in hoc conſiſtit, ſcilicet in corpore, & ſpiritu, Chriſtus verus homo non fuit, quia nec ſpiritum malignum habuit, nec ſibi vniuit, ſed verus homo fuit, ex eo quod corpus & animam habuit, ergo vel alij homines, vel homines non ſunt, licet corpus & animam habent.

Quibus auctoritatibus probatur, quod aliqui ſpiritus angelici remanſerunt in cœlo.

QVOD autem aliqui ſpiritus remanſerunt in cœlo, inſinuat Ioannes in Apocalypſi dicens, quod draco traxit ſecum tertiam partem ſtellarum, draconem vocat luciferum, ſtellas angelos in empyrio creatos, non autem omnes traxit, ſed tertiam partem, id eſt maximam poteſtatem conſenſuum: Fuerunt enim inter angelos quidam ſuperbientes, vt lucifer, & alij maiores, quidam alij prauæ eorum conſentientes voluntati. Alij non contradicentes, & omnes iſtos lucifer traxit ad ſe ipſum per prauum conſenſum. Dominus etiam in Euangelio

de paruulis loquens ait, quod angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris veſtri qui in cœlis eſt, ſed de malis angelis intelligi non poteſt, videre enim faciem patris eſt diuina viſione perfrui, quod malis angelis conuenire non poteſt: de bonis ergo intelligendum eſt. Sed vbi ſunt qui vident faciem patris in cœlo? Ergo aliqui ſpiritus ſunt in cœlo. Item angelus Domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Item Apoſtolus ait, Si Angelus de cœlo vobis aliter dixerit, vel prędicauerit, anathema ſit.

Quibus rationibus probatur quod non omnes angeli ceciderunt de cœlo.

EADEM ratione ſic probatur. Angeli à Deo fuerunt creati. Si omnes per peccatum lapſi ſunt à Deo, iniuſtitiæ poſſet redargui dominus vel impietatis. Si omnes angelos ſciens eſſe lapſuros eos creaſſet: oportunum namque fuit vbi, ſic in aduerſis apparuit Dei iuſtitia, ita appareret in conuerſis Dei miſericordia. Sed forte obijcient aduerſarij, ſi

plures angeli remanſerunt in cœlo non videtur homo eſſe factus ad ſupplendam ſummam angelorum : ad quod dicimus, ſi angelus non cecidiſſet tamen homo creatus eſſet, quia plures ſaluabuntur homines, quàm ſint angeli qui ceciderunt, & ita non propter ſupplendam ruinam tantum, ſed potius ad celeſtem Hieruſalem exornandam, & ex diuerſorum graduum ciuibus, quaſi ex diuerſis parietibus componendam homo creatus eſt: decens enim fuit, & tam corporea quàm incorporea natura diuinæ bonitatis particeps fieret, & ea frueretur, & felix fieret. Forſitam dicent quod quidam angeli boni ſunt, ſed de cœlo cum aliis lapſi ſunt: ſed quomodo paſſi ſunt lapſum qui non lapſi ſunt in peccatum?

Opinio hæreticorum, qui dicunt quod animæ ſanctorum cum Chriſto non aſcenderunt in cœlum, & quod Chriſtus non deſcendit ad infernum.

EADEM ratione dicunt. Quod animę ſanctorum cum Chriſto aſcendente, in cœlum non aſcenderunt: quia

manifeste hoc in Euangelio non habent. Dicunt enim Christum ad inferos non descendisse, nec animas ab inferno liberasse. Quia asserunt, animas eorum omnium qui ante aduentum Christi decesserunt, ęternaliter damnatas esse. Sed in hoc contrarij sibi esse videntur quia dicunt. Ioannem Baptistam ideo damnatum, quia dubitauit de aduentu Christi ad infernum. Vnde mittens duos discipulos ad Christum ait, tu es qui venturus es, an alium expectamus? quasi diceret descendes tu ad inferos vt sim preco tui in inferno, sicut fui in mundo. Forsitam dicent Ioannem non semper hoc dubitasse, sed vtrum Christi esset, ille qui intrandus erat in mundum ad redimendum genus humanum.

Quibus rationibus & auctoritatibus probatur, quod Christus descendit ad infernos, & quod animas sanctorum ab inferis liberauit.

CONTRA hanc opinionem ait Ioannes: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: & alibi qui post me venit

venit ante me factus est. Sunt qui dicunt Ioannem damnatum esse, obuiant verbo Christi, qui ait de Ioanne: Inter natos mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista. Et alibi quid existis in desertum videre; arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Prophetam immo plusquam Prophetam. Ipse etiam pro defensione iustitię, capitis subijt sententiam. Ipse etiam in vtero matris exultauit aduentu virginis. Ipse etiam in vtero sanctificatus, prius Propheta quàm natus, merito cuius & mater prophetauit, & loquela patri restituta fuit: nec dubitauit de Christo quin Dei filius esset. vel vtrum ad inferos descensurus esset, cum hoc in Prophetis legisset, sed discipuli eius dubitauerunt quos ad Christum misit, vt certificarentur de Christi aduentu, vel Ioannis sub forma dubitationis, expressit affectum pietatis & compassionis cum ait, tu es qui venturus! es quasi dicat tu qui talis ac tantus es! iàm te humiliasti vt nostram humilitatem assumeres, & ad inferos descensurus esses. Manifestum est ergo Christum ad inferos descendisse & animas sanctorum ab inferis liberasse, vnde Christus in Euangelio,

Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt ea quæ poſſidet, cùm autem venerit fortior illo & vicerit eum, tunc vniuerſa arma eius conferet & diſtribuet. Item in ſymbolo Apoſtolorum legitur, deſcendit ad inferos. Item Apoſtolus ad oſtendendum Chriſtum animas ab inferis liberaſſe, vtitur auctoritate Dauid dicens, captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus: alibi dicit Chriſtum deſcendiſſe ad inferiores partes terræ. Item alibi dicit quod ille qui dubitando ait id eſt, qui deſcendit, reuocat Chriſtum ab inferis. Si deſcendit ad inferos ad quid deſcendit, niſi vt liberaret captiuos? non enim gratia ſui meriti deſcendit, ſed ad liberandum eos quos diabolus in inferno iniuſtè detinebat. Item auctoritas dicit quod multa corpora ſanctorum, quaſi dicat, nonne & illi cum Chriſto aſcenderunt, quia ſi poſtea incinerati ſunt vt teſtes reſurrectionis eſſe non videntur. Item animæ illæ quæ ab inferis liberatæ ſunt, ſi cum Chriſto non aſcenderunt, vbi remanſerunt? In terreſtri paradiſo, non, quia ille locus eſt corporalium, non ſpiritualium.

Quomodo intelligenda sit hæc autoritas, non sum missus.

QVOD autem dicunt de angelis malis esse intelligendum quod dicitur: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, stare non potest. In sacra enim scriptura per domum Israël, non solet intelligi nisi synagoga, per generationem descendens à Iacob, qui dictus est Israël, vel ecclesia nunc videns Deum per speciem in futuro visura per speciem. Item quod Christus vocat domum Israël conuentum malignorum spirituum, cum maligni spiritus longe relegati sint à visione Dei. Item si mali angeli saluandi sunt, quomodo homo creatus est ad supplendam ruinam angelorum, si lapsus angelorum in ipsis est reparandus? Item ex ipso sensu verborum potest intelligi, quod Christus per domum Israël voluit Iudæos, non angelos: mulier enim Chananæa, quæ gentilis erat, clamabat post ipsum, ipse autem respõdit, non sum missus, & dicitur quasi principaliter missus sum, vt primo prędicem Iudæis, & eos ad fidem conuer-

tam, inter eos miracula faciam, infirmos eorum curem.

Quomodo intelligenda sit hæc auctoritas, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui, &c.

QVOD autem Christus de se ait; Nemo ascendit in cœlum, &c. Sic intelligendum est, Quod terminus exclusionis adiunctus nomini totius, non excludit partem, vt si dicam solus Socrates vester, non excluditur corpus Socratis. Vnde si dicam solus Socrates est rationalis, non excluditur eius anima. A simili si dicam, Nemo ascendit, &c. Cum de solo Christo dicatur quod ascendit in cœlum, non excluditur eius spiritualiter corpus, id est ecclesia, est enim sensus, Ego solus qui descendi de cœlo, per assumptam humanitatem ascendam in cœlum, per humanæ naturæ glorificationem, qui sum in cœlo per diuinitatem, & fit suppositio pro persona, non pro natura. Item si corpus est opus diaboli, omnino corpus humanum destruendum est, opera enim diaboli destruenda sunt. Item si homo est opus dia-

boli, benefacere non poteſt, quia arbor bona non poteſt facere fructum malum, neque arbor mala facere bonum. Item ſi quodlibet corpus eſt opus diaboli, filius Dei corpus non aſſumpſit, quia opus diaboli ſibi non vniuit, & ita verum corpus non habuit, quod quidam habere concedunt.

Opinio hæreticorum qui dicunt Christum non aſſumpſiſſe verum corpus, & quod Chriſtus non comederit, neque biberit.

DICVNT etiam quidam hæretici, filium Dei pręſentaſſe hominibus vmbram humanæ naturę non veritatem, ſicut legitur in Euangelio diſcipulis ſuis apparuiſſe in alia effigie, & ſe in monte Thabor transfiguraſſe, repręſentando glorificatam naturam, quam non habebat. Item ſi corpus habuit, quomodo clauſo vtero, de virgine exiuit? quomodo ſuper mare ſiccis pedibus ambulauit? dicemus etiam filium Dei vere mortuum eſſe, & dolorem in compoſitione ſuſtinuiſſe cùm Hilarius aſſerat, quod nulla paſſio, nullus dolor fuit in Chriſto.

Apostolus etiam de Christo ait, quod habitu inuentus vt homo, non ait habitu inuentus est homo. Eum dixit esse Deum, non vt Deum. Eundem dixit esse vt homo non hominem, vt in veritatem diuinitatis hanc vmbram humanitatis insinuaret. Item cum Christus legitur, corpus suum dedisse discipulis, si verum corpus fuit, quomodo eis ad comedendum dedit? Eadem ratione, nec vere comedit, nec verè bibit, nec verè crucifixus fuit, nec verè à mortuis resurrexit. Dicunt & quidam hæretici non verè, ipsum natum de virgine, nec conceptum.

Solutio præmissæ obiectionj, quod Christus verus homo fuit.

AD has obiectiones respondentes dicimus. Quod Christus non apparuit in alia effigie: forte percussi sunt quadam specie cęcitatis, qua ab eis non videbatur, quod oculis pręsentabatur. Naturam autem humanam verè glorificatam ostendit discipulis Christus in monte Thabor, non eius similitudinem. Potuit enim Deus miraculosè glorifica-

tionem corpôris ostendere in corpore suo. A simili, miraculosè factum est quod verum corpus Christi, de vtero virginis clauso exiuit, & quod siccis pedibus super mare ambulauit. Ipse etiam verè dolores nostros tulit: vnde Apostolus, Christus pro nobis passus est, nobis relinquens exemplum vt sequamur vestigia eius. Alibi ait, sic tamen compatimur vt & conglorificemur. Nisi ergo verè Christus passus esset, non rectè diceremur compati. Et alibi Christus factus est obediens patri vsque ad mortem in ara crucis. Et ipse verò demonstrans sanguinem suum ait: hic est sanguis, qui pro multis effundetur. Quomodo autem in medium afferunt auctoritatem Hilarij cùm auctoritatibus sanctorum patrum fidem non adhibeant: possumus tamen dicere, quod Hilarius hoc retulit ad pœnam, non ad pœnæ causam, id est culpam. Christus enim non habuit in se causam passionis, vel mortis, id est peccatum. Tamen Claudianus in libro de animo, de Hilario ait. Pictauiensis Hilarius inter nobilissima dispositionum suarum genera, in duobus errasse legitur, in vno quod dixit animam esse [ ] & in

hoc quod asseruit Christum nullum dolorem sensisse in patibulo, qui quamuis in vita sustinuerit reprehensionis stylum, in morte tantum pœnitentia ductus non sensit detrimenta meritorum. Sequenti obiectioni hæc datur responsio quod hæc coniunctio (vt) non semper est nota improprietatis, vel similitudinis, sed aliquando est expressiuum veritatis, vt ibi, vt putabatur filius Ioseph, & hoc aduerbium quasi est aliquando nota proprietatis, aliquando similitudinis, aliquando expressiuum veritatis, vt ibi, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Similiter hæc coniunctio (vt) hic expressiua est veritatis vt sit sensus, habitu inuentus vt homo, id est verus homo. Christus etiam corpus suum mortale dedit discipulis: hoc autem miraculosum fuit quod per angustiam oris corpus spatio diffusum intrauit, hac autem ratione asserunt Christiani non bibisse, nec comedisse, quia non decebat filium Dei ad consueta naturæ secedere, quoniam ipse ait: Omne quod in os intrat in secessum emittetur, sed nos maluimus esse cum Hieronymo agrestes catholici, quàm cum Manichæo curiales hæretici:

fides ergo Catholica astruit Christum omnes defectus humanæ naturæ assumpsisse, præter ignorantiam & peccatum; decuit illum assumere nostros defectus, qui nos à defectibus erat liberaturus.

Quibus auctoritatibus probatur, quod Christus veram carnem assumpsit.

IDEO autem verám carnem filius Dei assumpsit multiplicibus ostenditur auctoritatibus,& rationibus,ait enim Apostolus in epistola ad Romanos,qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. Item in Matthæo legitur de cõceptione gloriosę Virginis, Antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de spiritu sancto, & angelus ad Ioseph ait: quod in ea natum est de spiritu sancto est, & in Luca legitur,quod angelus ad Mariã ait: Ecce concipies in vtero. Et Ioannes ait verbum caro factum est, ergo aliquid in virgine conceptum est, quid concepit nisi corpus humanum?

Quibus rationibus probatur, Christum veram carnem assumpsisse.

RATIONE id probatur in hunc modum. Christus in hoc quod in humana natura apparuit, humanam naturam redemit. Ergo si vere naturam humanam redemit, verè humanam naturam assumpsit. Oportuit enim vt sicut per hominem facta est humanæ generationis perditio, ita per hominem fieret eiusdem redemptio. Ergo per hominem facta est hominis liberatio: purus autem homo redimere non potuit, si non purus homo esset tabe humanæ naturæ infectus: oportuit ergo vt Deus esset & ratione diuinitatis purus esset, & peccare non posset. Si ergo oportuit vt Deus homo fieret, vt hoc modo hominem redimeret. Si autem Christus corpus non habuit, eadem ratione & anima caruit: Sed ipse in euangelio ait potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumam eam. Et alibi in euangelio legitur quod inclinato capite tradidit spiritum, & alibi, tristis est anima mea vsque ad mortem. Item si Christus verus homo

non fuit, nec verè resurrexit, & si verè non resurrexit, nec nos verè resurgemus, sed auctoritas dicit, quod Christus fuit primitiæ dormientium, & Paulus ait Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.

Quibus auctoritatibus probatur, quod Christus vere comederit & biberit.

QVOD autem Christus biberit & comederit, multipliciter probatur auctoritatibus, legitur in Matthęo, venit Ioannes, neque comedens, neque bibens, & dicunt dęmonium habet; venit filius hominis, comedens & bibens, & dicũt ecce homo vorax & potator vini, & alibi. Vespere autem facto discumbebat Iesus cum discipulis suis, & edentibus illis dixit, amen dico vobis, quod vnus vestrum me traditurus est & contristati cœperunt dicere sigillatim nunquid ego sum domine? at ille respondens ait, vnus ex duobus qui immittet manum in catino, & Lucas; extollens quædam mulier de turba dixit ad Iesum, beatus

venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. & alibi, factum eſt autem cum extuliſſet vocem de turba. Et alibi cum facta eſſet hora diſcubuit & ait illis, deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar & poſt reſurrectionem, habetis hic aliquid quod manducetur, at illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi & fauum mellis, & facto mane & cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis.

Hic quæritur, à quo glorificabuntur corpora ſanctorum in die Iudicij.

PRÆTEREA quęritur à prædictis hæreticis, ſi omne corpus humanum à diabolo eſt, à quo glorificabuntur corpora ſanctorum in die Iudicij? à diabolo, non Deus enim malam naturam glorificabit, & ita videtur quod ſancti non reſurgent in corporibus glorificatis: Si dicant quod in corporibus alterius generis reſurgunt qui à Deo benigno nouiter creabuntur alijs corruptibilibus incineratis, Chriſtus in euangelio obuiat dicens. Capillus de capite veſtro non peribit, quod dicit capillus reſurget. In

Canonica namque epiſtola legitur, carnes veſtras deuorabit quaſi ignis, & Paulus ait, hoc incorruptibile induet incorruptionem.

Quibus rationibus probatur, quod corpora noſtra reſurgent.

RATIONIBVS idem probamus. Anima quæ mortaliter peccauerit, æternaliter punietur. eadem ratione, & illa caro in qua, & per quam ipſa pecauerit. Iniuſtum namque eſſet, vt noua caro crearetur quæ puniretur, & in qua anima puniretur, & non in illa reſurgeret, in qua, & ſecundum quam anima peccauerit, & in illa puniretur. Eadem namque ratione, qua noua caro creabitur & nouus ſpiritus. Apoſtolus enim probans reſurrectionem hac vtitur ſimilitudine. Stulte non viuificabitur, quod ſeminatur, niſi prius moriatur, à ſimili corpus hominis niſi prius moriatur, per reſurrectionem non viuificabitur. Item cum corpus & anima ſint principales partes hominis & nullus homo reſurget in illis principalibus partibus ex quibus conſtat, videtur quod nullus homo re-

surget, quod fortasse quidam concedunt consentientes hæresi Saduceorum.

Quibus auctoritatibus probatur, quod corpora illa quæ rediguntur in cinerem, resurgent.

CONTRA hanc hæresim multæ clamant auctoritates, ait enim Christus in Euangelio. Nolite mirari hoc, quia veniet hora in qua omnes qui in monimentis sunt audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Item Paulus in epistola ad Corinthios, Si autem Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo dicunt quidam in vobis, quod resurrectio mortis non est? Si autem resurrectio mortis non est, nec Christus resurrexit, Si autem Christus non resurrexit, inanis est nostra prædicatio, inanis est & fides nostra; Et Apostolus omnes quidem resurgemus. Item & mortui resurgent incorrupti: Et si omnes mortui resurgunt, ergo & Petrus & alij Apostolici in carne resurgent, quia scilicet spiritu non obierunt. Item Christus in Euangelio ait: de resurrectione autem mortuorum, non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis. Ego sum

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, & non est Deus mortuorum sed viuorum. Item nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Item in symbolo Apostolorum carnis resurrectionem: huic articulo fidei de resurrectione mortuorum, & carnis propriæ resurrectione: alia possumus afferre argumenta. Legitur Christum in Euangelia corpora suscitasse, & illa quæ prius animata: præterea priuata sunt anima, qua ergo ratione illa suscitata sunt & nostra corpora à quibus separabuntur, animæ in die iudicij suscitabuntur, particulares enim suscitationes generalis resurrectionis sunt testes: legitur etiam quod multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Christus etiam cuius resurrectio nostræ resurrectionis est testis & cætera, in proprio corpore resurget. A simili sancti proprio corpore resurgent.

Quibus auctoritatibus probant hæretici quod caro illa quæ redigitur in cinerem, non resurgit.

HVNC fidei articulum variis hæretici auctoritatibus & rationibus

expugnare conantur: aut ſic. Ait Apoſtolus caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt: ergo caro noſtra non glorificabitur. Item dicit Ioannes, ecce noua facio omnia. Si omnia fient noua in die iudicij, ergo & caro humana. Item legitur, cœlum & terra tranſibunt: eadem ratione & corpus humanum. Si enim firmiora deſinent eſſe, quod non iterum incipient eſſe, multo magis & corpora humana, quæ omni corruptioni ſunt obnoxia: & alia auctoritas. Ait, vidi cœlum nouum & terram nouam. Item Chriſtus in Euangelio ait. In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli in cœlo, & ita non erunt corporales, ſed ſpirituales.

Quibus rationibus probant hæretici, quod caro illa quæ redigitur in cinerem non reſurgit.

PRÆTEREA cum caro ſemper appetat mala, & non bona, quomodo glorificabitur? & illud etiam quod incineratum eſt, quomodo in effigie corporis humani formabitur? Item corpus hominis poſt diſſolutionem omnino deſinit

nit esse, & si remaneat manet incineratum, ergo in die iudicij corpus humanum in multis dissimile ab isto, & omne illud singulare [ ] quod desinit esse. Videtur quod illa corpora quæ erunt in die iudicij non erunt illa quæ sunt incinerata. quod possumus probare per simile: ecce albedo desinit esse in Socrate, & post decem annos quædam albedo incipiet esse in Socrate: dicemus quod ista sit illa, quod desiit esse in Socrate vel possit esse? absit. Præterea per similitudinem quam affert Apostolus ad probandam resurrectionem de grano mortificato, possumus probare aliud esse corpus quod incineratur, aliud quod in die iudicij animabitur. Sicut enim quod mortificatur granum. i. omne suum egreditur, non est illud quod ex eo nascitur [ ] sic corpus quod incineratur non erit illud quod in die iudicij suscitabitur.

Determinatio primarum auctoritatum quod illa caro resurget.

AD prædicta hæc datur responsio. Dicimus quod Apostolus, cum ait caro & sanguis Regnum Dei non possi-

debunt, non intellexit de substantia carnis & sanguinis, sed de circonstantia, id est de corruptione, vt sit sensus caro, & sanguis. R. Dei non poss. id est corruptio carnis & sanguinis, vnde in sequentibus ait, neque corruptio incorruptibilia possidebit. Quod autem legitur, quod Deus omnia in die iudicij faciet noua, sic intelligendum est omnia innouabit, quia & ipsa terra innouabitur quantum ad exteriores qualitates, quia in die iudicij faciet noua, sic terra erit marmore planior, christallo clarior, sic cætera elementa erunt noua, id est innouata; sicut pannus dicitur nouus quando per reparationem est innouatus, à simili, caro nostra erit noua, id est per glorificationem innouata. Eodem modo intelligendum est, vidi cœlum nouum & terram nouam, id est terrã innouatam & aërem innouatũ. hic enim nomine cœli intelligitur aër, iuxta illud aues cœli comedẽt. illud in die autem resurrectionis aër non alterabitur secundum diuersas qualitates sicut modo alteratur. Quod autẽ dicitur, cœlum & terra transibunt intelligendum est de trãsitu accidẽtali, nõ substãtiali, nõ enim intelligendum est cœlum & terram

ita tranſituram, quod deſinant eſſe, licet mutentur in aliud: qui tranſitus ſubſtantialis eſt, ſed tranſibunt ſecundum exteriores qualitates, vt iàm dictum eſt: quod autem Chriſtus ait, in reſurrectione neque nubent, neque nubentur non eſt ſic intelligendum quod ſancti futuri ſint [ ] Sed ratione [ ] hoc intelligendum eſt. Omni relegata corruptione: non enim in corporibus ſanctorum poterit eſſe aliqua corruptio licet [ ] vel vulneris vel alterius paſſionis.

Reſponſio ad præmiſſas rationes quod corpora illa reſurgent.

RATIONIBVS ita reſpondimus. Dicimus quod caro ex ſui natura non eſt prona ad malum, ſed potius ex ſui infirmitate quam contraxit ex peccato Adæ: ante peccatum enim Adæ, caro non pugnabat contra ſpiritum, nec ſpiritus contra carnem: Ergo in die iudicij caro reſurget in ſui ſubſtantia non in ſui circumſtantia, ipſa enim corruptio quæ impellit ad peccandum non reſurget. Ad ſequentem obiectionem dicimus, quod

ille qui omnia creauit ex nihilo, & corpus humanum creauit & plasmauit de limo, corpus incineratum in pristinum immo in meliorem statum potest reformare, sicut figulus ollam male formatam, immò fractam reducit in cinerem, & eandem ex eadem forma & materia reformat in statum meliorem. Argentarius etiam ex terra immunda & foëda, multiplici decoctione eligit argentum, non mutata tamen terræ materia: sic generalis ignis purgabit terram & aëra. Summus vero artifex sua auctoritate in meliorem statum reformabit humana corpora. Dicimus etiam quod illud singulare corpus, quod est incineratum resuscitabitur, quia & materia corporis, remanet & substantialia ipsius. quamuis enim corpus humanum exueret humanam effigiem, tamen non desinit esse corpus vel substantia, nec aliud substantialium quæ ad corpus pertinent, admittet. Etiam illud singulare corpus quod erit in die iudicij glorificabitur, & humanã recipiet effigiem, illud quod modo redactum est in cinerem cum nec materia pereat nec substantia. Similitudo autem quæ affertur de albedine non valet, albe-

do enim omnino desinit esse, quia ipsa nec materiam habet nec formam, nec in materia remanet, nec in forma. De grano autem mortificato in terra dicimus quod ex illo diuersa produntur grana, nō vnum quod sit illud, nec substantia grani tota transit in substantiam alterius grani sed partim in substatiam aristæ, partim in substantiam stipulæ, partim in substantiam folliculorum, sed totum illud corpus quod incineratum est, erit illud totale corpus quod in die iudicij resurget. Totum dico secundum veritatem humanæ naturæ.

Responsio hæreticorum qui dicunt quod anima perit cum corpore.

HI autem volunt dicere, ideo resurrectionem non futuram, quia antea perit cum corpore, sicut nostri temporis multi falsi Christiani immò heretici dicunt: Multæ rationes & auctoritates eis contradicunt, quamuis errorem suum auctoritatibus & rationibus conentur asserere. Ait enim Salomon, vnus est interitus hominis & iumentorum, & æqua vtriúsque conditio. Sicut homo

moritur, ita & ipſa moriuntur. Hic videtur velle Salomon, quod totaliter perit homo ſicut iumentum: vnde ſicut in bruto anima perit cum corpore, ita in homine pereat. Moyſes etiam dicit animam eſſe in ſanguine, & ſic videtur quod pereunte ſanguine, pereat anima: & quod exiſtentia ſanguinis ſit exiſtentia animæ. Alia etiam auctoritas dicit, quod ſpiritus hominis eſt vadens & non rediens, vadens in morte, & non rediens ad vitam.

Quibus rationibus probant hæretici, quod anima perit cum corpore.

RATIONIBVS idem probatur hoc modo. Spiritus bruti animalis aut corpus eſt, aut incorpus: Si incorpus eſt ſicut ſpiritus humanus, qua ratione perit cum corpore, & non ſpiritus hominis: qua enim ratione ius in corpora conſeruare animam humanam in ſuo eſſe, & non animam bruti: quod autem ſpiritus bruti incorpus ſit multipliciter probatur, & ſic hoc genus ſubſtantia diuiditur in hoc duo genera, corpus, ſpiritus, hęc autem differentia (incorporeum) ſit con-

ſtitutiua huius generis, ſpiritus omnis incorpus eſt; ergo licet animalis ſpiritus, non eſt ſpiritus, vel eſt incorpus. Quod ſpiritus ſit, ſic probatur. Habet quaſdam vires ſpiritus vt potentiam percipiendi ſenſibilia, potentiam imaginandi, quę potentiæ & à ſpiritu ſunt, & in ſpiritu ſunt. Boëtius etiam hanc ponit diuiſionem. Sed primum ſpiritus alius rationalis, alius irrationalis, & ſic bruti ſpiritus eſt[ ]ſpiritus: etiam huius generis ſpiritus, quis enim ſpiritus eſt irrationalis, niſi ſpiritus bruti? igitur incorpus eſt. Item omne corpus habet qualitates perceptibiles aliquo ſenſu, ſed qualitates animę non ſunt tales, ergo anima non eſt corpus. Item corpus ſubiacet ſenſui vel ſenſibus non autem ſic anima. Item omne corpus animatum, vel inanimatum, ſi autem anima inanimatum tunc ab aliquo anima, & ſic eſt anima habens animam, & ſic in infinitum, ſi autem eſt corpus inanimatum, ergo non viuificat, nam quę non viuit viuificare non poteſt. Item ſi brutum animal conſtat ex ſpiritu, qui ſit corpus & ſuo proprio corpore illa duo corpora ad quem [

] Item ſpiritus bruti totus eſt

in ſingulis partibus corporis, ſicut ſpiritus hominis: Ergo incorpus eſt, hic eſt incorporei eſt, & non incorporei. Alio modo etiam probatur animam hominis perire cum corpore, ſicut poſt mortem bruti nullum apparet veſtigium animæ, ita poſt mortem hominis, nullum veſtigium animę remanet.

Determinatio prædictarum auctoritatum, quod anima eſt immortalis.

CONTRA prędictas auctoritates, hanc damus ſolutionem, quod Salomon ait, vnum eſſe interitum hominis & iumentorum, referendum eſt ad phyſicum ſpiritum cum non ad ſpiritum rationale eſt. Eſt namque in homine duplex ſpiritus: ſpiritus rationalis & incorpus qui non perit cum corpore, & alius qui dicitur phyſicus ſiue naturalis, quo mediante anima rationalis corpori vnitur, & ille corpore eſt ſubtilior, aëre minus, ſubtilior igne quo mediante fiunt ſenſus & imaginationes, & iſte perit cum corpore. talis ſpiritus eſt in corpore bruti animantis, & illud vegetat & perit corpore pereunte, & ſecundum hoc ait Sa-

lomon, quod vnus est interitus hominis & tres quantum ad corpora & spiritum physicum. Quod autem anima dicitur esse in sanguine non ad animam referendum est, sed ad vitam spiritualem, hic enim sumitur hoc nomen anima, in designatione vitę temporalis quæ penes sanguinem cōsistit, vnde & in Euangelio legitur, maiorem charitatem non habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis, hic enim hoc nomen anima sumitur in designationem vitę temporalis. Quod autem dicitur spiritus homo vadens & non rediens sic est intelligēdum, vadens in peccatum per se, & non rediens ad bonum per se.

Responsio ad præmissas rationes, quod anima non perit cum corpore.

RATIONIBVS ita respondimus. Dicimus quod spiritus bruti animalis corpus est, & penes corporalitatem corruptio. Spiritus verò rationalis qui est in homine, incorpus est & ideo incorruptibile, quia penes incorporeitatē incorruptio, sicut in sequentibus ostendetur. Quod autem spiritus bruti ani-

mantis corpus sit multipliciter probatur, vt naturalis testatur ratio, spiritus bruti animalis originem habet ex secunda digestione quæ fit in hepate, qui nihil aliud est quàm tenuis fumus, qui ex illa digestione nascitur, qui dicitur naturalis in hepate, vitalis in corde, animalis in capite [ ] mediante anima rationalis vnita corpori hominis, oportet ergo quod spiritus ille habeat aliquam affinitatem cum vtroque, habet autem efficere cum anima rationali subtilitatem & agilitatem corpore corporatur. Genus etiã discernit inter sica & sicha vocans sica animalia in quibus spiritus perit cum corpore, Sicha illa in quibus est perit corpus, manet spiritus. Prȩterea ad spiritum incorruptum propter subtilitatem & perspicacitatem pertinent quinque potentiæ, vt sensus, imaginatio, ratio intellectus, & intelligentia: in spiritu vero nõ habent locũ nisi duæ potentiæ, quia cõtra corporalia verterẽtur: videtur ergo quod & ipse spiritus sit corporalis, cum in eo non vigeant nisi potentiæ percipiendi corporalia. Item si duo spiritus in corpos sunt in corpos homines, videtur quod corpus sit animatum duabus

animabus & quod aliter ſuper fluat ſpiritus: dicimus etiam quod in alia ſignificatione illud quod vegetat cor bruti dicitur ſpiritus à ſpiratione, videtur in anima & incorporea enim ſubſtantia dicitur, ſpiritus à ſpiritualitate quia ſpiritualis eſt naturę: ſpiritus verò bruti dicitur ſpiritus quia eſt ſpirãtis naturę quia brutum animal facit ſpirare, nec vegetabile illud quo corpus bruti vegetatur: ſub hoc ſpiritus genere continetur, quia ſpiritualis naturæ non eſt, & quamuis quidam potentiæ ſpiritus conueniant illi vegetabili, non tamen ſequitur quod illud ſit ſpiritus, ſicut multæ proprietates bruti animalis cõueniunt homini vt groſſibilitas, mortalitas, nõ tamen brutum animal eſt homo, licet humanæ naturæ eſt. Cùm autem Boëtius hãc ponit diuiſionem ſpiritus, primus rationalis alius irrationalis nõ ſumit hoc nomẽ ſpiritus in deſignatione ſpiritualis naturæ, ſed potius vegetabilis quę facit ſpirare, vnde ſit ſenſus ſpirituũ, id eſt vegetabilium ſpirare facientium, aliud rationale, aliud irrationale: poteſt etiam illud vegetabile quod vegetat corpus bruti dici ſpiritus comparatiue ratione religioſorum corporum, quia ſubti-

lius corpus est quam quædam animata corpora: vnde & aër solet dici spiritus, & quædam consonantes dicuntur mutæ, non quia nullum faciant sonum, sed quia minorem quam vocales & semiuocales. Ad sequentem obiectionem dicimus quod spiritus bruti habet qualitates sensu perceptibiles in sui natura, sed tantæ est subtilitatis, quod sensus perceptione subterfugit sicut aër. Cum ergo aëre subtilior sit nō est mirum si sensus nō offendit, & si ipse sensibus nō subiaceat actualiter, tamen nō sensibilis est, & sicut sensus deficit circa maxima & minima ita circa minus. Quod autē omne corpus sit animatum vel inanimatum falsum est, lapis enim nec est animatus nec inanimatus, illa autem corpora dicuntur inanimata quę naturaliter possunt animari, & quibus debetur animatio, & si non animantur. Dicimus ergo quod spiritus bruti etsi corpus sit non animatus est, nec in animali dicere possumus, quod omne corpus est animatum vel inanimatum, & quod spiritus bruti est corpus inanimatum, & aliud in constitutione bruti non est tamen nec est vbi complentur ad [ ] hæc enim conue-

nit partibus continuis ſpiritus: autem phyſicus venit in conſtitutionem bruti animalis per infuſionem vel vnionem non per continuationem. Spiritus autem non totus eſt in ſingulis partibus corporis, ſed ſecundum diuerſas ſui partes, in diuinis dicimus etiam quod multa remanent veſtigia animę rationalis: legitur namque in ſacris ſcripturis animas poſt mortem apparuiſſe multis, & Chriſtus in Euangelio ait, quod anima Lazari poſt mortem delata eſt ab angelis in ſinum Abrahę, diues vero id eſt anima diuitis, ſepulta eſt in inferno.

Quibus auctoritatibus Theologorum probatur, quod anima humana ſit immortalis.

QVOD autem humana anima ſit immortalis, tàm auctoritatibus Philoſophorum, quam Theologorum probatur, verum etiam rationibus varijs roboratur, vt ſupra diximus. Chriſtus in Euangelio contra Saducęos probans animam non perire cum corpore ait, Nonne legitur ego ſum Deus Abraham,

Deus Iſaac Deus Iacob, Deus viuorum non mortuorum. Malis in die iudicij etiam dicet, Ite maledicti in ignem ęternum: illi quibus hoc dicetur punientur in anima & in corpore, & æternaliter. Ergo anima eſt ſuperſtes poſt mortem. Paulus etiam ait quod ſancti rapientur Chriſto obuiam in aëre & ſic ſemper cum domino erunt: & Ioannes in Euangelio ait, & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in reſurrectionem iudicij.

Quibus auctoritatibus gentilium philoſophorum probatur, quod anima humana ſit immortalis.

ET quia fere quælibet ſillaba noui teſtamenti hæc clamat, ad auctoritates gentilium philoſophorum ſtylum vertamus, vt erubeſcant Chriſtiani illam veritatem diffinire, quam confeſſi ſunt philoſophi. Ait Mercurius in Aſclepia, omnis anima eſt immortalis. In Amphoraſmis etiam de eſſentia ſummæ bonitatis legitur, quod anima in orizonte æternitatis, & ante tempus nomine ęternitatis: hic deſignatur perpetuitas:

est ergo sensus, anima est in orizõte ęternitatis, id est in tempore perpetuitatis, quod est perpetuitas est in anima in quam fluit in anima, id est non protenditur vltra animam & est super tempus, tempus hic vocatur mors habens principium & finem. Ergo anima & si habet principium non habebit finem. Virgilius etiam de anima tantùm loquens ait,

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub vmbras.

Id est anima tantum recedens à corpore cum indignatione descendit ad inferos, hic insinuauit Virgilius animam esse superstitem post mortem: & Tullius in Rethorica ait probabile quod videtur sapientibus esse, pœnas esse paratas animabus malorum apud infernum. Scilicet animabus malorum pœnæ sunt paratæ apud inferos, ergo animæ sunt superstites post mortem. Item Mercurius in Asclepia ait quod animæ post dissolutionem coguntur cedere pœnis, quæ in vita noluerunt cedere verbis. Plato etiam in Thimeo ait, animas post dissolutionem variis affligi pœnis. Immortalitas etiam animæ in Phredone multipliciter probatur: sed quia auctoritas certum ha-

bet nasum, id est in diuinis potest flecti sensus, rationibus ideo probandum.

Quibus rationibus probatur quod anima humana sit immortalis.

QVICQVID corrumpitur, aut corrumpitur ex dissonantia partium, vt corpus, aut fluxu materiei, vt proprietas: Omnis enim proprietas in se immutabilis, quod autem desinit esse ex fluxu materiei quo est habet, vnde Boëtius in prolog. in Aristotelem ait, Sapientia est speculum earum rerum quæ sui immutabilem sortiuntur substantiam, id est proprietatem: anima autem non est substantia corporea: ergo ex substantia partium corrumpi non potest, quia simplex est: proprietas autem sine forma non est, quia substantia est, & ex fluxu materiæ corrumpi non potest, quia in materia nō est, ergo incorruptibilis est, quod autem incorporea sit multiplici ratione probatur, & sic hoc genus spiritus continet sub se has species, animam, & angelum, ergo vel angelus incorporeus non est, vel anima incorporea est. Item anima nō suscipit dimensionem corporis, ergo corporea

rea non eſt. Item anima vel à ſe, vel ab alio habet comprehendere ſpiritualia & incorporalia, ſed non ab alio, ergo à ſe, & ſic ex propria vi ſpiritualis eſt & incorporea: quod enim homo incorporea percipi non habet ex ſe, ſed ex anima; præterquam corporea voluntate mouentur & ſentiuum non habent ex hoc quod ſunt corporea, quia ſi hęc eſſent omnia corporea, conuenirent in hoc. Item ſi ipſa corpora habent ſentire & mouere ex ſeipſis, tunc ſit ipſa cauſa ſui motus & ſenſus, & ſi hoc eſſet nunquam quieſcunt à voluntario ſenſu & motu, quamdiu & eſt cauſa ſecundum quod eſt cauſa, nunquam ceſſat effectus, ergo non habet moueri corpus à voluntario motu & ſenſu aëre corpora, ſed non mouetur niſi ab anima, ergo anima eſt in corpore. Item nullum corpus aliquid ex hoc quod eſt corpus, alioquin ex ſe ageret illud, ſed multæ ſunt actiones corporis, nullam igitur earum agit corpus, ex hoc quod eſt corpus. Sed omnis actio eget agente, quia non eſt res per ſe exiſtens, ergo aliud propter corpus cauſa eſt actionum corporis. Item corpora ſunt compoſita & continua ſunt ex paratibus: continuatio

autem nõ fit nisi per motum partium cõpositi, & per retractationem aliarum ab alijs, & per vnius cuiusque earum in suo loco retentionem, sed non est ex paratibus per se cõiungi, cum earum, possumus natura sit, ire in diuersas partes, necesse est igitur vt sit ibi essentia prȩter corpus quȩ id faciat. Item possumus intelligere illud quod vegetat nõ intellecta corporietate: ergo nõ est corpus, si enim substãtialiter corporis esset sine corporietate intelligi nõ posset: ex prȩmissis patet animam esse incorpoream & incorruptibilẽ, quia si anima incorruptibilis est sicut angelus, qua ratione angelus est immortalis & anima? Item ad idem probandum possumus vti ea insinuatione, qua vsus est quidam religiosus cõtra Philippum, qui negabat animam esse immortalem. Ait enim, aut anima mortalis aut immortalis: Si mortalis & credis eam immortalem nullum tibi prouenit incommodum, si autem immortalis est & credis eam mortalem, aliquod potest inde prouenire incommodum: Ergo melius est vt credatur immortalis, quàm mortalis, quia vt ait Aristoteles in libro de Eligendis duobus propositis, si istius est consecu-

tiuum malum, illius vero bonum, magis eſt illud eligendum cuius eſt conſecutiuum bonum, quàm malum. Item in Aphoriſmis de eſſentia ſummæ bonitatis legitur, quod res deflectibiles ſunt ex corporietate non ex incorporietate. Item exſufflabimus omnia merita ſanctorum tàm veteris quàm noui teſtamenti, vt dicamus meritis eorum poſt mortem nulla eſſe reddenda præmia, quia ſi hoc eſſet teſtante apoſtolo, ſancti miſerabiliores eſſent omni creatura.

Quibus auctoritatibus & rationibus probatur, quod Chriſtus verè filius Dei fuerit.

PATET ex pręmiſſis Chriſtum noſtram carnem aſſumpſiſſe, & verum hominem fuiſſe, vere paſſum, verè reſurrexiſſe à mortuis: vere mortuorum futuram reſurrectionem, & in propria carne: propter prædictas obiectiones, dicunt quidam hæretici Chriſtum veram carnem habuiſſe, ſed filium Dei non fuiſſe, abſurdum enim iudicant filium Dei aſſerere aſſumpſiſſe carnem, ſed quod Chriſtus verè filius Dei fuerit, &

auctoritas clamat, & ratio, ait enim Christus, ego & pater vnum sumus. Sed absit Christum mentitum fuisse, ergo vel pater non erat Deus, vel Christus erat Deus, sed dominum vocat patrem suum, ergo ipse erat filius Dei. Erubescāt etiam hoc hæretici diffinire, quod Dæmones coacti sunt confiteri dicentes, Iesu fili Dei viui, vt quod venisti ante tempus torquere nos? & Ioannes clamat eum Deum, dicens, & Deus erat verbum: & Paulus in epistola ad Hebræos ait de Christo, Qui cum sit splendor & forma substantiæ eius. Item Ioannes in epistola canonica, Tres sunt qui testimonium dant in cœlo pater, verbum, & spiritus sanctus, & hij tres vnum sunt, & tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: hic insinuat Ioānes, Christum verum hominem fuisse, & verum Deum & verum Dei filium. Item per miraculosa opera quæ fecit, quę nemo alius facere potuit, probari potest ipsum fuisse Deum, vnde ipse ad Iudæos, si verbis non creditis, operibus credite. Item ipse ait, Sathanam se vidisse de cœlo cadentem tanquam fulgur, sed hoc factum est à mundi

initio ſed tunc non fuit homo, vel alia creatura, ergo creator. Item ipſe ait, antequam Abraham fieret ego ſum. Item Ioannes ait, per ipſum eſſe factam omnem creaturam, ergo non eſt pura creatura, per quem facta eſt omnis creatura.

Opinio quorundam hæreticorum qui dicunt, quod Christus aſſumpſit corpus cæleste, & quod beata Maria in cœlo fuit creata, & quod nec patrem nec matrem habuit.

ALII vero dogmatiſant hæretici Chriſtum cœleſte corpus aſſumpſiſſe, & bonam virginem in cœlo creatam eſſe & de cœleſti natura: etiam Chriſtum de beata virgine carnem cœleſtem aſſumpſiſſe, quod varijs modis probare conantur. Ait Apoſtolus, qui de terra terrenus, qui de cœlo cœleſtis, hic videtur inſinuare Apoſtolus, quod ſicut corpus Adæ de terra plaſmatum ita corpus Chriſti de cœlo formatum, vnde dicunt eſſe cœleſtem ſubſtantiam illam in monte Thabor diſcipulis oſtendiſſe,

quoniam transfiguratus eſt : hoc etiam affirmant quod in nulla canonica ſcripta inuenitur beatam virginem patrem vel matrem habuiſſe, & quia ita ſubtilem naturam habuit, de vtero clauſo exire potuit, & ita ſuper mare ſiccis pedibus ambulauit, pręter hoc dicunt, Chiſtum non comediſſe, nõ enim cœleſtis natura alimonia indigebat, potius enim ſpiritualis erat, quàm animalis.

Solutio præmiſſorum, quod Chriſtus verè fuit cœleſtis, & vere carnem humanam aſſumpſit.

PRÆDICTIS reſpondentes, dicimus quod vere cœleſtis fuit, quia cœleſtem vitam ducens : cœleſtis, quia cœlitus natus : cœleſtis, quia Deus : nec omnino dicitur fuiſſe de cœlo, quia de cœleſti ſubſtantia corpus acceperit, ſed quia de cœlo deſcendit, id eſt de immenſitate patris & cœleſti eius natura egrediens, in mundum venit. Adàm vero de terra verè plaſmatus, & verè terrenus, quia terrenus interitus : quod autem immenſitas patris vel ipſius natura dicatur, cœlum frequenter in ſacra ſcriptura re-

peritur: qui de terra eſt de terra loquitur: qui de cœlo venit ſuper omnes eſt; & Ioãnes, Tres ſunt qui teſtimoninm dant in cœlo, id eſt cœleſti naturæ Chriſti, id eſt diuinæ, & alibi nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcẽdit de cœlo, & vt ſupra dictum eſt in monte Thabor oſtendit illam habere carnis glorificationem quam ſancti cum Chriſto ſunt habituri: ſi cœleſtem naturam aſſumpſit, quomodo in illa paſſus, quomodo crucifixus! præterea ſi in monte Thabor cœleſtem naturam oſtendit quam in ſe habebat, quomodo ante velauerat vel velatus erat carne noſtra vel non? Si carne noſtra, ergo duplicem naturam habuit, cœleſtem & humanam, ſi non carne noſtra quam alia ſubſtantia, ſi nulla alia quare non apparebat cœleſtis natura.

Quibus auctoritatibus probatur, quod beata Maria patrem, & matrem habuit.

QVOD autem beata virgo & matrem & patrem habuit, & ita noſtrę naturę fuerit, ex ſacra ſcriptura manifeſtum eſt: ait enim Angelus ad beatam

Mariam : ecce Elizabeth cognata tua , & ipsa concepit filium in senectute sua . Ergo si beata Maria cognatam habuit , vel ex parte patris , vel matris eius cognatio fuit. Item in Ioanne legitur , erat autem iuxta crucem mater Iesu , & Maria soror eius , & Maria Cleophę : eadem ratione qua sororem habuit, verum est patrem & matrem habuisse : Alibi etiam fit mentio de sororibus Marię matris Iesu : pręterea Iacob filius Alphei dicitur frater domini , id est cognatus , quia mater eius & mater Iesu erãt sorores. In epistola etiam Pauli legitur , quia factus est ei ex semine Dauid secundum carnem , si Christus descendit ex semine secundum carnem, & non descendit nisi mediante beata virgine, ergo gloriosa virgo fuit de semine Dauid , & sic fuit nostræ naturæ , non cœlestis. Si dicant duos fuisse Dauid, vnum bonum , alium malum, & de bono per Mariam Christum descendisse , non minus erit euidens Mariam de Dauide descẽdisse,quã antea beatã V. nostræ naturæ fuisse,aut Dauid sicut ipsa cœlestem naturam habuit , similiter & illi qui de Dauide descenderunt. Quod autem de Dauid qui fuit homicida & adulter,

Chriſtus ſecundum carnem deſcendit, manifeſte oſtendit Paulus in epiſtola ad Romanos dicens, ſolus Deus verax, omnis homo mendax, ſicut ſcriptum eſt: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. In hijs verbis oſtendit Apoſtolus Deum veracem in promiſſis, quia quãuis Dauid peccauerit in homicidio & adulterio, tamen voluit Deus implere quod ipſe promiſit, quod de ſemine eius naſceretur Chriſtus, quod & factum eſt quia peccatum Dauid dimiſit, & de ſemine Dauid Chriſtus deſcendit. Quod autem de clauſo vtero Chriſtus exiuit, non fuit ex naturę ſubtilitate, ſed potius factum eſt miraculosè, ſicut ſupradictum eſt. Similiter quod ſiccis pedibus ſuper mare ambulauit, quia qui omnia fecit ex nihilo exire potuit clauſo vtero, & ſupra mare ambulare ſicco pede. Quod autem Chriſtus comederit, ſuperius ſatis diligenter probatum eſt; præterea cùm Chriſtus legitur multos ſuſcitaſſe, probabile eſt quod eius fuit creare cuius fuit ſuſcitare: hæc omnia inconuenientia ſequuntur eos, qui dicunt eſſe duo rerum principia, præterea ſi quis hoc confitetur tenetur hoc concedere, quod ipſe ſit

seruus diaboli, & quod teneatur obedire diabolo, & facere voluntatem eius, & non voluntatem Dei.

Quibus auctoritatibus & rationibus probatur quod Lex Mosaica à diabolo data est.

NVNC ad secundum hæreseos articulum transeamus. præfati religionis Christianæ hostes asserũt: à principe tenebrarum, id est à Deo maligno legem Mosaicam esse datam: à principe verò lucis, id est à Deo benigno, legem Euangelicam, vt sicut duo sunt rerum principia, vel ab eis duo sunt tradita testamenta. Quod autem dator veteris testamenti malignus fuit, multipliciter volunt asserere, & hoc modo. Malignus fuit qui colligentem ligna in sabbatho sine omni misericordia lapidari præcepit. Item quomodo esse bonus potuit, qui in multis homicidium perpetrauit? Item quæ fuit iustitia, quod Dauid homicidæ, periuro, adultero, superbo pepercit? Et Saul, quia regem Amalechitarum ad vitam seruauerat, reprobauit. Item lex Mosaica, lex mortis, lex peccati dicitur, er-

go à malo data. Item Apoſtolus ait lex ſubintrauit vt abundaret delictum: & alibi ait quod lex neminem ducit ad perfectionem. Item ſi lex Moſaica bona quare deleta ? Item ſi aliquis legem Moſaicam obſeruaret, mortaliter peccaret: ergo lex Moſaica modo mala eſt, ergo & mala fuit, vel ea quę fuit bona, incepit eſſe mala.

Prædictarum auctoritatum & rationum infirmatio, quod lex Moſaica à Deo benigno data ſit.

AD hęc dicimus quod quamuis Deus omnipotens veteris legis inſtitutor,non ideo iniuſtus fuit, quod colligentem ligna in ſabbatho lapidari præcepit. Sed hęc ideo iuſſit vt refrenaret ſuperbiam filiorum Iſraël qui dicebant, non Deus eſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat, & vt cognoſcentes infirmitatem ſuam in honore legis, non de ſe præſumerent ſed ad gratiam Dei confugerent. Dicimus etiam quod de iuſtitia multos occidit, quia ita erant durę ceruicis, quod nullo modo corrigi poterant, rationaliter ergo puniti ſunt, vt pœna

quorundam esset metus aliorum, & etiam ad nostram instructionem, vt sentiamus nos grauius esse puniendos, qui gratiam Christi accepimus, si errauerimus, quàm illos. Attestante namque Apostolo, omnia quę in veteri testamento scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: multi etiam illorum qui puniti sunt temporaliter, ad hoc temporali pœna puniti sunt, vt ęternaliter non punirentur. In hoc misericorditer eget cum eis, quod citius de medio rapti sunt, quia si diutius viuerent magis peccarent, & sic grauius punirentur. dicimus etiam insanum esse, de iudiciis Dei disputare. Pręterea Dauid de peccatis suis pœnituit, & ideo Deus & pepercit, in hoc ergo misericors fuit. Saul vero quanto magis peccabat, tanto magis contra Deum superbiebat, & de die in diem, de peccato in maius peccatum descendebat. Lex autem Mosaica non dicitur lex peccati vel mortis, quia esset efficiens causa peccati, vel mortis temporalis vel ęternę, sed quia fuit occasio peccati vel mortis, quia

nitimur in vetitum semper,

eaque negant: concupiscentia enim

quę aliquantulum ſopita fuit propter legis traditionem, magis excitata fuit, & incanduit legis traditionem, & ita lex peccati occaſio fuit, non tamen vituperanda, ſed poſt homini concupiſcenda. Lex enim data eſt à bono non à malo. Sicut medicina quæ datur iſti ęgroto ad bonum, non ad malum; ſi inobediens ægrotus fuerit, erit in perniciem non ad ſalutem, non tamen medicina vituperanda, ſed hominis inobedientia. Similiter dicebatur lex mortis, quia pręcipiebat tranſgreſſorem temporaliter puniri, & iuſte, vel ſi non puniebatur temporaliter pro tranſgreſſione legis, puniebatur æternaliter, hac ratione dicit Apoſtolus, lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, ipſa etiam lex manifeſtauit peccatum, quia ante legis traditionem quædam peccata putabantur non eſſe peccata, vel non putabantur tanta eſſe quanta erant, ideo dicitur lex duxiſſe neminem ad perfectionem, quia bonum opus quod erat in homine ex legis obſeruatione, in morte hominis non perficiebatur, quia præmium conſequebatur meritum, perfici ſeniem nihil aliud eſt quàm præmium conſequi. Ipſe autem

veteris legis qui decedebat propter legis obſeruationem, non cõſequebatur æternam remunerationem, quia clauſa erat janua paradiſi, & ante eam rumphæa poſita. Dicimus etiam quod lex non eſt deleta, quia mala, ſed minus bona magnis bonis cedere debent. Præterea lex vetus erat promiſſionis, lex Euangelica ſolutionis. Soluto ergo promiſſo debet ceſſare promiſſio, & veniente veritate, debet vmbra ceſſare. Dicimus etiam quod lex ad tempus data eſt, non ad permanẽdum, ergo quia venit veritas ceſſat vmbra, non ideo ergo aliquis peccaret, qui legem obſeruaret, quia mala eſſet, ſed quia lex vetus modo locum non habet.

Quibus auctoritatibus probatur quod lex Moſaica bona ſit, & à Deo benigno data.

QVOD autem lex Moſaica bona fuit & à Deo data cum auctoritatibus clamant rationes, ait namque Apoſtolus, lex quidem, bona, iuſta, & ſancta. Idem in principio epiſtolæ ad Romanos, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſto-

lus, ſegregatus in Euangelium Dei quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem: Ecce ſcripturas veteris teſtamenti vocat ſanctas, & ſic ſcripturæ veteris teſtamenti bonæ ſunt, & à bono ideo editæ. Idem in Matthæo legitur ad Hebræos, multifariè multiſque modis olim Deus loquutus eſt per prophetas, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula. Hic inſinuat Apoſtolus Deum loquutum fuiſſe in prophetis, à ſimili in Moyſe, & ſic innuit ſcripturas veteris à Deo preeſſe editas. Item in Matthæo legitur, non veni legem ſoluere, ſed adimplere. Amen dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, jota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. & alibi, omnia quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis: hęc eſt enim lex & prophetæ: & alibi, ecce vnus accedens dicit illi, Magiſter bone, quid faciam vt habeam vitam ęternam? & ait illi, Quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus Deus, ſi autem vis ad vitam ingredi, ſer-

ua mandata. quę? Iesus autem dixit, non homicidium facies, non adulterabis, non furtum facies, non falsum testimonium dices: honora patrem tuum & matrem tuam, & dilige proximum tuum sicut te ipsum. Item in Actis Apostolorum introducitur Paulus loquens in hunc modum. Viri Israëlitę, & qui timetis Deum audite. Deus plebis Israël, elegit patres nostros, & plebem exaltauit, vt essent incolæ in terra Ægypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea. Item Stephanus in Actibus Apostolorũ, facta est ad Moysem vox domini dicens, Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Item Petrus ait. hi primum intelligent quod omnis prophetia scripta propria interpretatione non fuit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto aspirati sancti Dei homines loquuti sunt. Item Petrus, habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes quasi lucem lucentis in caliginoso loco. Item omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad corripiendum, ad erudiendum, vt perfectus sit homo ad omne

omne opus bonum instructus: Et Petrus de Iohele inducit testimonium erit in nouissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ, & dominus in Euangelio ait; non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Item si credéritis Moysi, credetis forsitam & mihi, de me enim ille scripsit quod si litteris illius non creditis, quomodo verbis meis credetis? Item habent Moysem & prophetas audiant illos, si Moysem & prophetas non audiunt neque si quia ex mortuis resurrexerit, credent. Si Christus resurrexit à mortuis: ergo qui non audit Moysem & prophetas non credit Christo, si verum sit illud Euangelicum, quod impossibile est non esse verum. Item & incipiens à Moyse & omnibus prophetis. Item, ô stulti & tardi corde ad credendum, in his quæ locuti sunt prophetæ. Item oportet impleri omnia quæ scripta sunt de me in lege, & prophetis, & psalmis. Item Ioannes in Euangelio, quem scripsit Moyses & prophetæ inuenimus Iesum à Nazareth. Item Lucas postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum

legem Moysi tulerunt puerum Iesum in Hierusalem, vt sisterent eum domino sicut scriptum in lege Domini. Ecce habes legem Moysi, legem Domini, ergo qui contradicit legi Moysi Domino contradicit. Item Paulus, Maledictus omnis qui non obseruauerit omnia quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Item Paulus, spiritum nolite extinguere, prophetiam nolite spernere. Et Petrus in Actibus Apostolorum, huic omnes prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum per nomen eius omnes credentes in eum. Item Petrus, Deus autem qui prænuntiauit per os omnium prophetarū pati Christum suum, impleuit sic. Item Iacobus, quicumque legem seruauerit totam, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Item Paulus in epistola ad Hebræos inducit auctoritatem de Hedora, Barahe, Sanson, Iepte, Dauid, Samuël & alijs Prophetis. Item Paulus, Sic deseruio Deo patri meo, credens omnibus quæ in lege & Prophetis scripta sunt, & quatuor Euangelistæ interponūt Prophetas Isaiam, Hieremiam, & cæteros Prophetas, & Dominus in Euangelio Dauid inducit, & alios Prophetas in testimonium.

Quibus rationibus probatur quod lex Mosaica bona sit & à Deo data.

PRÆTEREA quomodo negabitur lex esse bona, cùm præcepta quæ in ipsa continentur sint bona & sancta? vt præcepta decalogi, Honora patrem, & matrem, non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices. Præterea si diabolus aliqua præcepta dedisset, non dedisset pręcepta ad malum vitandum, sed potius ad vitandum bonum, & post ad faciendum malum, quam bonum: præterea lex Mosaica prohibet malum, & pręcepit bonum, ergo bona est. Item ex transgressione legis aliquis peccabat mortaliter, ergo ex obseruatione eius merebatur. Christus etiam suscepit sacramenta legis quæ bona erant, ergo lex bona.

Quibus auctoritatibus & rationibus probant hæretici patres veteris testamenti malos fuisse, & damnatos esse.

A simili dicunt patres veteris testamenti malos fuisse, & damnatos

quod multipliciter intenderunt probare. Dicunt Moysem propter peccata sua à terra promissionis alienatum, quia de potentia Dei dubitauit, quia homicida fuit, quia Æthiopissam duxit, quia exercitum in necem humani generis duxit. Similiter Aaron asserunt damnatum, quia fecit vitulum conflatile, quia ad aquas contradixit, mox dubitauit, & ideo terram promissionis non intrauit. Eandem sententiam sumũt in Abraham qui proprium filium immolare voluit in quo legi naturæ obuiauit: hic est benignus Deus sed malignus: eadem ratione & Isaac damnatur qui vxorem suam sororem suam esse mentitus est, sicut & Abraham pater. Similiter & Iacob reprobant qui primogenita fratri subripuit & patrem mandato deceptum ait. Ego sum primogenitus tuus Esau. Eidem damnationem Noë subijciunt, quia inebriatus est, & femora sua turpiter denudauit. Similiter Enoch filium Seth condemnant, quia primum idola inuenit. Nec ab hac damnatione Enoch excipiunt, dicunt enim Enoch propter enormitatem culpę de medio raptũ esse: à simili Iosue dãnant, qui innumerabiles sine

ordine iudicario morti addixit. Similiter Sanſon qui alienigenam duxit, fornicator fuit, & ſeipſum interfecit: à ſimili Iepte qui prôpriam filiam immolauit. Similiter Gedeon qui contra Dei præceptum proprium ſibi tabernaculũ fecit, & ſe ſacerdotem inſtituit. Ob eandem cauſam reprobant Loth, qui inebriatus proprias filias cognouit: à ſimili ratione Dauid, qui homicida & adulter fuit: à ſimili Iob, qui ſe iniuſte punitum aſſeruit: & quod narrem per ſingula, omnes patres veteris teſtamenti ęternę damnationi addicunt, quia propter enormitatem peccati ad inferos deſcendiſſe credunt, qui decepti alijs peccatis legem à Deo traditam obſeruabant. Idem ſuis rationibus probant dicentes, ad quid patres veteris teſtamenti deſcendebant in infernum, niſi propter enorme peccatum? In inferno autem nulla eſt redemptio, ipſi ergo redempti non ſunt, ergo damnati. In lege etiam ſcriptum eſt, maledictus qui nõ impleuerit omnia in libro hoc, & Petrus ait, hoc eſt onus quod neque nos neque patres noſtri portare potuerunt. Paulus etiam ait, patres veteris teſtamenti ſubditos fuiſſe maledictioni legis, &

ita maledicti fuerunt, quia tranſgreſſores & ſic damnati.

Prædictæ obiectionis infirmatio, quod patres veteris teſtamenti non ſunt damnati.

PRÆDICTA hoc modo infirmamus dicentes, quod ſicut lex Moſaica à Deo data & bona, ita illi qui eam ex charitate impleuerunt, vitam æternam meruerũt. Omne enim opus quod ex charitate fit, vitæ æternæ meritorium eſt; vnde Apoſtolus, habe charitatem, & fac quicquid vis: de Moyſi dicimus, quod ideo punitus eſt temporaliter, vt non ęternaliter puniretur. Et ſi de potentia Dei dubitauit, Deus ipſum pro peccato puniuit, & ipſe de peccato pœnituit, & ſi hominem interfecit, hoc diuina inſpiratione factum fuit, quia ille qui interfectus fuit, mortem meruit. Si Moyſes ſine diuina inſpiratione hominem interfecit, de peccato pœnituit, & quod Æthiopiſſam duxit, vel diuina voluntate fecit, vel de hoc peccato pœnitentiam egit. Quod autem exercitum duxit inter ora humani generis, non ſua auctoritate fecit, ſed po-

tius diuina auctoritas ei iniunxit. Quod autem Moyses Deo placuerit ex multis manifestum est, legitur enim in Euangelio, quod Christo transfigurato apparuerunt Moyses & Helias in monte loquentes cum ipso. Si Moyses reprobatus fuisset, cum Christo loquens post mortem non appareret. Prętereà si Moyses reprobatus fuisset, Christus qui dixit eam auctoritatem non approbasset nec dixisset, Si creditis Moysi, crederitis forsitam & mihi. Nec Abraham in Euangelio introduxisset, habent Moysem & prophetas audiant illos. Paulus etiam in epistola ad Hebręos multipliciter eum commendat dicens, quod maluit cum populo Israëlitico diuino amore molestias sustinere, quàm Regis dignitate florere. In etiam Iuda legitur quod altercatus est Michaël cum Diabolo de corpore Moysi, sed diuina auctoritate diabolum repellit. Si Moyses reprobatus esset, nunquam Michaël de eo fuisset altercatus, ista autem altercatio sic intelligenda est. Diabolus volebat corpus Moysi sepelire in terra promissionis, vt Iudæi illud adorarent; & ita idolatræ fierent, sicut serpentem æneum adorauerunt & perierunt. Mi-

chaël verò qui præerat filijs Iſraël, volebat corpus Moyſi ſepelire in montibus extra terrã promiſſionis, vt Moyſes temporaliter puniretur in corpore, pro peccato prędicto, & ne Iudęis daretur errandi occaſio. De Aaron dicimus quod non habuit animam faciendi vitulum conflatilem: ſed cum dicimus quod Iſraëlitæ conſulentes auaritiæ ſuæ, inaures & alia ornamenta emendarent, exegit ab eis, & exacta, ex indignatione proiecit in ignem, & ſicut Moyſes dubitauit, cum Moyſe pœnituit, & pro peccato cum eo temporaliter punitus fuit. De Abraham verum eſt quod ad præceptũ Dei, filium immolare voluit, ſed idem Deus reuocauit, cui reuocationi & Abraham conſenſit hoc autem Deus non pręcepit ad hoc, vt Abraham immolaret filium ſed vt patris voluntatem probaret, in hoc ergo malignus non fuit Deus ſed benignus, vnde & in textu legitur: Tentauit Deus Abraham &c. De cuius commendatione Apoſtolus ait: credidit Abraham Deo, & reputatus eſt illi ad iuſtitiam, & ita Apoſtolus ait: Deum ei promiſiſſe, quod in ſemine eius benedicerẽ-

tur omnes gentes, & de eodem Christus ait, quod anima Lazari delata est in sinũ Abrahæ, requiem intelligens, & de eodem Christus ait. Abraham vidit diem meum, & gauisus est. Si Abraham per inspirationem, Christi aduentum præuidit potius iustus quam malus fuit. Isaac vero non intentione fallendi dixit filium nec Abraham pater eius, sed incolarum malignitatem timens, vxorem sororem suam dixit esse, ne per eam mortem incurreret, & forte inspiratione diuina factum est ita: de Isaac autem Christus ait, quod multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac, & Iacob in regno cœlorum, & de Isaac ait Apostolus, quod dominus Abrahæ ait, Isaac vocabitur tibi semen. Si Iacob fratre volente eius primogenita emit, in quo peccauit? nam patrem fraudulenter decepit, quia cum Iacob iustus esset, Isau vero reprobus, potius ei extrema benedicto debebatur quàm Esau. Si Noë virtutem vini ignorãs ebrius factus est, quę culpa in eo redundat? de Enoch dicimus quod imagines non inuenit, sed quasdã spirituales orationes ad

inuocandū Deum. Enoch autem non dicitur raptus de medio, id est mortuus, sed potius in paradisum terrestrem, vel in alium locum nobis occultum à Deo ductus est. Idem iudicium dandum de Iosue quod datum est de Moyse, quia quod Iosue fecit hoc ei à Deo inspiratum fuit: illos etiam quos occidit morte digni erant, & ad iustum iudicem pertinebat, vt per ministros illos occideret, quos morte temporali dignos esse noscebat: de Sansone dicimus quod diuina inspiratione se interfecit, & peccatum quod fecerat in ipsa morte expiauit. Iepte similiter, quem commendat Apostolus, per pœnitentiam se à peccato liberauit. Gedeon quadam naturali pietate excusari potest, & si peccauit in filiis punitus est, & se peccasse recognouit. Loth peccasse dicimus, & per ebrietatem, & incestum, sed ei per pœnitentiam remissum est peccatum, & si reprobus fuisset nec ei angeli apparuissent, nec à Sodomis liberassent, & propter hospitalitatem Deo placuisse legitur: de Dauid superius dictum est. Iob vero Deum non redarguit, quamuis prima verborum facies hoc insinuare videatur: sed hoc ad

Chriſtum referenda ſunt: vt Gregorius auctoritatibus teſtatur: Hos omnes de quibus facta eſt mentio, Euangelia & cęteri noui teſtamenti libri iuſtos fuiſſe aſſerunt, ſicut ſuperius variis auctoritatibus probatum eſt. Nec patres veteris teſtamenti ideo deſcenderunt ad infernum, quod æternæ damnationi propter peccata deputati eſſent, immò vitam meruerunt æternam, ſed propter peccatum primi parentis, immò propter quędam originalia & peccati effectum, iuxta diuinæ ſententiæ dictum paradiſi clauſæ erant ianuæ, & ad ora inferni deſcendebant, vbi non puniebantur pœna materiali, ſed carentia viſionis Dei: fœlici ſpe conſolati, nec ad profundum inferni deſcendebant, de quo dictum eſt, In inferno autem quis confitebitur tibi? & alibi, in inferno nulla eſt redemptio. Vnde & Apoſtolus ait, quod Chriſtus mortuus eſt propter peccata hominum, & reſurrexit propter iuſtificationem eorum, quia mortuus ad hoc vt illos qui in tenebris detinebantur, pro effectu originalis peccati, liberaret, & reſurrexit vt nobis iuſtitiam conferret. Superius etiam probatum eſt Chriſtum ad hoc ad

infernum descendisse, vt sanctos veteris testamenti ab inferni tenebris liberaret. Quod autem in lege dictum est, maledictus qui non impleuit omnia quæ sunt in libro hoc, sic intelligendum est, maledictus, id est speciali opprobrio subiectus. Improperabatur autem apud Iudæos alicui si de præceptis legis aliquod transgrederetur, vel sic intelligendum est. Maledictus qui non impleuit omnia quæ sunt in libro hoc ad quæ implenda tenentur. Hoc autem verum est quod dictum est à Petro quia nullus omnia impleuit, nec tamen aliquis trãsgressor fuit, si ea ad quæ implenda tenebatur, impleuit. In hoc omnes secundum Apostolum subiecti fuerunt maledictioni legis, quia nullus omnia impleuit, & ita potest dici quod quilibet spirituali legis opprobrio subiectus fuit.

Opinio quorundam hæreticorum, qui dicunt baptismum paruulis non valere, & quod paruuli non habent peccatum.

PRÆDICTI hæretici sacramentis Ecclesiasticis obuiant. Dicunt enim ba-

ptiſmum paruulis non valere ante annos diſcretionis. Sed ſuper hunc hæreſeos articulum diuerſi hæc diuerſa ſentiunt: dicunt enim quidam paruulos non habere peccatum, & ideo paruulis baptiſmum non eſſe neceſſarium. Alij dicunt paruulos habere peccatum, ſed remiſſionem peccati, vel virtutem baptiſmi locum non habere ſine fide. Alij qui dicunt paruulos non habere peccatum multis rationibus hoc nituntur aſſerere, primo ſic probant: Ponitur quod pater & mater ſine peccato ſint cum celebretur carnale commercium, nec peccat qui generat: nec peccat qui creat, nec peccat qui generatur per quas ergo rimulas ingreditur peccatum in paruulos? Item penes velle & nolle conſiſtit omne meritum, ſed in paruulis non eſt velle vel nolle, ergo in paruulis non eſt meritum boni vel mali. Item vbi eſt neceſſitas ibi non eſt libertas, ſed vbi non eſt libertas, ibi non eſt peccatum, ſed paruuli concipiuntur ex neceſſitate in concupiſcentia, ergo non tenẽtur peccato ex eo quod in concupiſcentia generantur. Item anima ex creatione vel ex ſe ipſa non eſt immunda, ergo vel non eſt immunda, vel

aliunde eſt immunda, ex eo ſcilicet quod infunditur corpori trahit maculam, & ita iniuſtè videtur puniri pro macula quam non contrahit ex ſe, ſed aliunde. Item anima contrahit originalia peccata, aut à corpore, aut ab anima, ſed in corpore non eſt peccatum, ergo non videtur contrahi peccatum à corpore, ſi vero contrahit peccatum ab anima, videtur anima eſſe ex anima & ita extraduce.

Reſponſio ad præmiſſas obiectiones quod paruuli habent originale peccatum.

CONTRA primam obiectionem dicimus, quod alto Dei decreto ſtatutum eſt, vt poſt primam primi hominis præuaricationem, omnes qui deſcenderent ab Adam, lege concupiſcentiæ tenentur obnoxij originali peccato. Deus à prima mundi creatione matrimonium creauit, ſecundum quod ſimilia ex ſimilibus produxit. Cùm ergo Deus mediante natura res procreaturus eſſet, propter peccatum Adę noluit mutare legem naturę. Hęc enim fuit lex naturę ab origi-

ne vt ex ſimilibus ſimilia procrearentur, de homine homo, de rationali rationalis. Oportuit vt poſt peccatum Adæ, quia Adam infirmitati fuit ſubiectus, omnes qui ab eo deſcenderunt infirmi eſſent, & ſicut ipſe reus erat, qui ab eo deſcenderunt lege concupiſcentiæ rei naſcerentur. Quia ergo quilibet homo concipitur in fœtore libidinis, quod peccatum eſt, quamuis aliquando veniale ſit, propter ſacramentum coniugij reus naſcitur. Et ſecundum obiectionem reſpondimus, quod omne peccatum actuale penes velle & nolle eſt, ſed non peccatum contractum, id eſt originis. Auguſtinus autem dicit originale peccatum eſſe voluntarium, non ex voluntate originis, quod habeat cõmittere voluntati origine ſed ab origine voluntatis quia hoc peccatum originaliter contractũ eſt: à voluntate primi parentis, praua enim voluntas primi hominis fuit occaſio peccati originalis. Dicimus etiam quod vbi eſt neceſſitas, non eſt libertas, & vbi non eſt libertas, ibi non eſt actuale peccatum. Poteſt tamen ibi eſſe contractum per originem. Neceſſarium enim eſt paruulum quia concipitur vicioſa lege, naſ-

cendi obnoxium esse originali peccato. Possumus tamen dicere, quod originale peccatum penes libertatem arbitrij consistit : quantum ad libertatem arbitrij Adæ, ex quo occasionaliter prouenit originale peccatum. Anima etiam ex se immunda non est, sed quia pars est illius per quam concipitur infectione libidinis sicut ipsa prima est rea ita anima quæ est pars primæ. Non ergo imputandum est Deo quod rea est, vel quod punitur, sed vitiosæ legi concupiscendi : homo autem non contrahit originem vel ex corpore, vel ex anima, sed vt iam dictum est, ex lege concupiscendi vitiosa, & quamuis anima contraheret maculam à corpore, non tamen consequetur quod illa esset in corpore: sicut aliquis contrahit febrem ex anguilla quam comedit, non tamen febris est in anguilla sed ipsa habet occasionem febricitandi. Similiter corpus corruptum est occasio cur macula sit in anima.

Quibus

Quibus auctoritatibus probatur, quod paruuli habent peccatum.

QVOD autem peccatum ſit in paruulo, oſtendit Dauid qui ait. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Et Apoſtolus ait, quod mors per vnum hominem introiuit in mundum & quod per vnius præuaricationem omnes facti ſunt rei. Et in Euangelio Ioannis, oſtenditur quod paruulus obnoxius eſt peccato vbi dicitur. Rabbi quid peccauit hic? an parẽtes eius? quia culpa naturalis hic manifeſte inſinuatur, quod ex peccato concepti paruuli poterat prouenire, vt cœcus naſceretur.

Opinio hæreticorum, qui dicunt quod paruulis non prodeſt baptiſmus ante annos diſcretionis.

ALII hæreticorum dicunt quod paruulus habet peccatum. Sed paruulis non cõfert baptiſmus quia non habent fidem: quod volunt probare auctoritate quæ ait, Qui crediderit & ba-

ptiſatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur, quaſi dicat auctoritas, ſine baptiſmo nec valet fides, nec baptiſmus ſine fide, vnde & baptiſando quæri ſolet, vtrum credant in Deum patrem omnipotentem. Otioſum erit ergo paruulos baptiſare, cum ab eis ſuperflue exigeretur fides. Item ſi Gentilis & fatuus baptiſaretur, ei non prodeſſet: à ſimili non videtur prodeſſe paruulo. Præterea, cætera ſacramenta quæ habent locum circa adultos, vt ſacramentum extremæ vnctionis, Coniugium, Euchariſtia, Pœnitentia, Ordo, Confirmatio & cætera, recenter natos non habet locum, à ſimili nec baptiſmus, non enim legitur inſtitutione baptiſmi, paruulos fuiſſe baptiſatos, ſed adultos, nec Chriſtus in minori ætate fuit baptiſatus, ſed in adulta, vbi videtur hanc formam baptiſandi præbuiſſe, vt non baptiſarentur niſi adulti. Item illi qui baptiſantur prius cathechizantur, id eſt inſtruuntur, quomodo poſſunt cathechizari qui inſtrui non poſſunt?

Determinatio præmiſſorum, quod baptiſmus prodeſt paruulis ante annos diſcretionis.

AD primam auctoritatem dicimus, quod illa auctoritas, Qui crediderit, &c. non ſolum pertinet ad adultos, ſed & ad paruulos, paruuli enim dicuntur credere, id eſt fidem habere à ſacramento fidei, non à fide ſacramenti, vel in illo, cuius non fit mentio niſi de adultis, quibus prædicatur Euangelium, & ideo ad eos ſolos eſt referendum quod dicitur, qui crediderit & baptiſatus fuerit: præcepta etiam in iure ciuili non dantur paruulis & indiſcretis, ſed adultis, & adultis diſcretis, quod in baptiſmo etiam paruulorum exigitur fides à paruulis, non ideo fit vt tunc habeant, ſed vt habeant tempore congruo. Vnde patrinus reſpondet pro paruulo, credo, id eſt fidem deſpondeo, quam habiturus eſt tempore determinato: Dicimus etiam quod ſi Gentilis eſt & ita fatuus, quod inuincibilis ignorantia nullum mort. adit orig. ſi baptiſatur peccatum originale remittitur, quamuis alia ſacramenta non

ſoleant exhiberi paruulis, tamen baptiſmus quia inſtitutus eſt, contra vulnus originalis peccati, ſine cuius remiſſione nec paruulis, nec adultis eſt ſalus, ideo tàm paruulis quàm adultis eſt neceſſarius. In inſtitutione baptiſmi quia adhuc vigebat circuncisio, quæ delebat originale peccatum, non oportebat paruulos baptiſari, quia circuncisi erant, adulti baptizabantur, vt minime regenerat. aquis ineſſe intelligant, & alios ad baptiſmum inuitarent. Chriſtus autem ſicut alia ſacramenta tradidit in annis diſcretionis, ita & baptiſari voluit in annis diſcretionis, vt exemplum baptiſandi illis traderet, & oſtenderet quod nullus baptiſari debet, niſi diſcretus, niſi interueniente neceſſitatis articulo. Cathechiſmus autẽ proponitur paruulis, non vt tunc inſtituantur, ſed quod in annis diſcretionis inſtrui debeant, oſtendatur.

Quibus auctoritatibus probatur, quod baptiſmus valeat paruulis ante annos diſcretionis.

QVOD autem paruulis valeat baptiſmus, illa auctoritate Ioannis pro-

batur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Hic nullus excluditur, paruulus, vel adultus, & ita baptismus omnibus est necessarius. Quidam enim innocentium, qui ab Herode occisi sunt, erant vnius diei vel duorum dierum, & eis remissum est peccatum originale, quia saluati sunt circuncisione, aut remissum est, non quia non fiebat circuncisio nisi octauo die. Qua ergo virtute remissum est nisi virtute sanguinis, qui æquipollet baptismo flaminis? legitur triplex esse baptismus fluminis, flaminis, & sanguinis. De baptismo fluminis legitur in Euangelio, prædicate Euangelium omni creaturæ. Baptismus est in nomine patris & filij & spiritu sancti, de baptismo flaminis alibi in Euangelio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non habebit vitam æternam: & alibi, ille vos baptisabit in aqua, spiritu sancto & igne: de baptismo sanguinis dicitur in Euangelio, baptismo habeo baptisari. Item circuncisio fiebat in veteri testamento octaua die, ad delendum originale peccatum, eandem vim obtinet baptismus in nouo testamento. Eadem

ergo ratione qua circuncisio valebat paruulis, valet baptismus. Si dicant ergo hæretici circuncisionem nullius fuisse efficaciæ vel sanctitatis, quid dicunt de Christo qui octaua die est circuncisus, quam non suscepisset, nisi vt in se legem implendam ostenderet. Negabunt ergo ijdem hęretici Abraham circuncidisse Isaac filium suum, cùm & idem pater attestetur, & eandem antiquitus profuisse asserat suscipientibus. Cùm autem dominus ait, docete omnes gentes, baptisantes, &c. Omnes pręcipit baptisari, nullum exclusit, vel puerum, vel adultum. Item dominus ait, Sinite paruulos venire ad me & ne prohibueritis eos quia talium est regnum cœlorum, sed non possunt venire ad eum nisi per baptismum, quia sine baptismo saluari non possunt, ergo baptisandi sunt, vt ad Deum veniant & saluentur. Potest etiam per multa similia ostendi, quod puer potest saluari in fide alterius per baptismum, legimus in Euangelio, quod puer Centurionis merito ipsius, à domino sanatus est. Similiter ad preces Archisinagogi eius filia defuncta suscitata est, & meritis afferentium sanatus est Paraliti-

cus. Et ad intercessionem mulieris Chananeæ, filia eius à dæmonio liberata est. Ergo cum meritis aliorum alios saluatos esse constet & in corpore & in anima, multo magis per baptismum in fide aliorum pueri saluari possunt: Item iniustè ageretur in puero cum non habeat nolle vel velle, si sacramentum in fide aliorum ei prodesse non posset. Item Apostolus consensus delictum Adæ gratię Christi ostendit, non sic esse delictum sicut donum: quia si vnum delictum processit in omnes, occasionaliter gratia Christi deleuit & actualis & originalis, & sicut originale peccatum transfusum in paruulos, ita donum eius, id est gratia eius, collata est paruulis per baptismum. Aliter non amplius esset donum, quia delictum. Item si nullo potest remitti paruulis peccatum quare imputandum.

Opinio hæreticorum qui dicunt, quod baptismus nullam habet efficaciam vel in paruulis vel in adultis.

SVNT qui dicunt sacramentum baptismi, quod celebrat Ecclesia Dei nullam habere efficaciam vel in paruulis

vel in adultis: aſſerunt penes voluntatem hominis, omne eſſe meritum, non penes rem extrinſecam, ſed intrinſecam, id eſt voluntatem bonam: hoc autem multis modis nituntur aſſerere, & primo ſic: Iſte accedens ad baptiſmum, aut pœnitet, aut non. Si non pœnitet, non prodeſt baptiſmus, ſi pœnitet iam iuſtificatus eſt. Ergo omne peccatum ei remiſſum eſt. Ergo in iſto baptiſmus non habet efficaciam remittendi peccatum, ergo nec iuſto nec iniuſto per baptiſmum remittitur peccatum: ergo baptiſmo non remittitur peccatum, ergo non eſt neceſſarium aliquem baptiſari, quantum ad remiſſionem peccati. Item Apoſtolus neque qui rigat, neque qui plantat, eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus quaſi dicat, neque qui per prædicationem, neque baptiſmo remittitur peccatum, ſed ſola diuina gratia. Item ſi ſacramenta inſtituta ſunt ad peccati remiſſionem, quare non ab initio humani generis, ſunt inſtituta: vt antiqui qui magis indigebant gratia Dei, per hæc ſacramenta conſequerentur remiſſionem peccatorum. Item quæ eſt iſta vis aquæ, vt corpus tangat & mentem abluat.

Infirmatio prædictorum, quòd baptismus habet efficaciam in paruulis & in adultis.

PRIMAM obiectionem ſic infirmamus. Dicimus penes voluntatem eſſe, omne meritum: tamen voluntas non excludit opus bonum vel ſacramentum. Ipſi enim pœnitenti remittitur omne peccatum, tenetur tamen ſuſcipere baptiſmi ſacramentum, vt remittatur pœna, & conferatur gratia, quia baptiſmus non exigit gemitum ſed planctum. Ex prædicta ſolutione infirmata eſt ſecunda obiectio, quia baptiſmo ſi non remittitur peccatum, quo ad culpam, remittitur tamen quo ad pœnam originalem, & remittuntur in baptiſmo & venialia ſi qua in pœnitente ſunt dum baptiſatur, & vt ſuperius dictum eſt, gratia additur. Ad hoc quod Apoſtolus ait, quod neque baptiſmus, neque prędicatio ex vi ſua aliquid confert, niſi per gratiam diuinam. Ad ſequentem obiectionem dicimus, quod ſicut in fide quędã proceſſio fuit, & in Dei manifeſtatione, & in ſanctorum multiplicatione, ita in ſacramen-

torum collatione: ante legis traditionem, sufficiebat alicui credere Deum vnum remuneratorem bonorum & punitorem malorum cum obseruatione naturalium præceptorum, sed postea processum habuit fides tempore veteris testamenti, quia maiores tenebamur credere Deum trinum & vnum, & ea quæ in sacramentis continebantur. Tempore vero gratiæ ad plura credenda tenetur fidelis. Secundum ergo processum fidei, processum habuit Dei cognitio & fidelium multiplicatio, & sacramentorum traditio. Decuit ergo in aduentu Christi, qui redemptor fuit generis humani, multiplicaretur gratia, & sacramenta gratiarum collatiua: vim illam aquæ qua mens hominis purgatur, confert verbum cœleste, id est filius Dei iuxta quod dicitur, Accedat verbum ad elementum & fit sacramentum, non quod dicitur, sed quod creditur, quod est ergo illud verbum quod creditur, nisi Dei filius, cuius virtute consecratur baptismus?

Quibus auctoritatibus probatur, quod omnes tenentur suscipere sacramentum Baptismi.

QVOD homo teneatur ad baptismi susceptionem, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Christus, Nisi quis renatus & alibi, Ite, prædicate Euangelium omni creaturæ. Item Petrus pœnitentiam agite & baptisetur vnusquisque. Item, qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Item quare tanta solemnitate baptisatus est Christus, nisi vt significaretur magna virtus baptismi? In baptismo enim Christi, cœli aperti sunt, vox patris audita est, spiritus sanctus apparuit in Columbæ specie. Sed fortasse dicent Christum non fuisse baptisatum, volentes hoc asserere hoc modo. Christus non indiguit baptisari, ad quid ergo baptisatus est cùm à peccato liber esset? Præterea quanta esset præsumptio, si Ioannes Baptista Christum baptisasset? Ad quod dicimus, quod non ideo Christus baptisatus est, quod baptismo indiguit, sed vt vim regeneratiuam aquis conferret, & baptisandi exemplum aliis

prębcret, & sicut circundi voluit vt adimpleret legis præceptum, ita & baptismi suscipere Sacramentum, vt supremum humilitatis impleret gradum, si ab inferiori baptismum reciperet. Et in Ioãne fuit præsumptio, si Christus baptisatus est ab eo, quia placuit Christo. Vnde in Matthęo legitur venit Iesus à Galilęa ad Ioannem in Iordane vt baptisaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum dicens, Ego à te debeo baptisari, & tu venis ad me? Dominus autem Iesus dixit ei. Sine modo, Sic enim decet nos implere omnem iustitiam, tunc dimisit eum. Baptisatus autem Iesus confestim ascendit de aqua. Hic dicitur quod Iesus baptisatus fuit, & in Marco legitur veniens Iesus à Nazareth Galileæ, baptisabatur à Ioanne in Iordane, voluit ergo baptisari Christus vt baptismum confirmaret, & aliis exemplum præberet, & specialiter Ioanni Baptistæ in quo peccata non remittebantur, vt ostenderet se sine peccato esse, & non indigere remis originis vel actu peccati, cum neutrum amiserit, in baptismo namque Ioannis tantum corpora exterius abluebantur, nec remittebantur peccata id quod ex eo

patet quos enim Ioannes baptiſauerat, hos Ieſus poſtea baptiſauit, vnde idem Ioannes. Ego baptiſaui vos aqua, ille verò baptiſabit vos ſpiritu ſancto.

Opinio hæreticorum qui dicunt, quod baptiſmus non prodeſt ſine manus impoſitione.

FVERVNT qui dicerent baptiſmum non prodeſſe ſine manus impoſitione, quia in Actibus Apoſtolorum legitur, quod Apoſtolus manus imponebat ſuper baptiſatos, & accipiebant ſpiritum ſanctum, ſed tunc primo ſpiritus ſanctus datur, quando peccatum remittitur: ergo ante manus impoſitionem peccatum non remittebatur, & ſic baptiſmus non valet ſine manus impoſitione. Prædicti etiam hæretici in hanc prorumpunt amentiam, vt dicant peccatum quantuncumque fuerit, per manus impoſitionem remittitur, maxime ſi vnus ex ipſis hæreticis quos perfectos vocant, manus impoſuerit. Et ſic hac occaſione multos ad peccata inuitant, in manus impoſitione ſpem ponentes, qui per diuerſa peccata diffluunt. Diſtingunt etiam hæretici

inter conſolatos, & perfectos: conſolatos vocant eos qui nuper ad hæreſim eorum venerunt, nec adhuc in ipſa confirmati ſunt, qui potius deſolati quàm conſolati dici debent. Perfectos vero illos dicunt, qui ſunt in hęreſi confirmati, qui potius in defectu quàm perfectione conſiſtunt.

Solutio præmiſſæ, quod ſine manus impoſitione peccatum non remittitur.

PRÆDICTAM autem eorum obiectionem ſic refellimus, Cùm legatur in Actibus Apoſtolorum, quod quidam qui baptiſati erant, non acceperant ſpiritum ſanctum, ſic intelligendum eſt, acceperant eum in peccatorum remiſſionem, ſed non in iuſti ſignificatione: in primitiua enim Eccleſia quodam ſigno ſignificabatur deſcenſus ſpiritus ſancti in baptiſatos, vel qui ſtatim loquebantur varijs linguis, vel alio ſpirituali miraculo. Quod ergo dicitur de quibuſdam baptiſatis, qui nondum acceperant ſpiritum ſanctum, ſic intelligendum eſt, nullo viſibili ſigno ſignificatus erat deſcenſus

ſpiritus ſancti in eos: ſed poſtquam Apoſtoli impoſuerunt manus ſuper eos acceperunt ſpiritum ſanctum, id eſt deſcenſus ſpiritus ſancti in eos quodam viſibili ſigno demonſtratus eſt: nec tamen legitur de alijs baptiſatis, quod eis manus impoſita eſt. Non enim legimus de Eunucho qui à Philippo legitur baptiſatus, quod ei ſit manus impoſita: nec de Centurione quem baptiſauerat Petrus. Sine manus ergo impoſitione remittitur & gratia confertur. Dicitur autem ſpiritus ſanctus multimodis accipi, vel quantum ad peccati remiſſionem, vel iuſtitiæ collationem, vel donorum diuerſitatem, vel quantum ad virtutum robur.

Opinio hæreticorum, qui dicunt quod poſt remiſſionem peccatorum, quæ fit in baptiſmo locum non habet pœnitentia.

ALII vero heretici aſſerunt, quod poſt remiſſionem peccatorum quę fit in baptiſmo, non habet locum illa remiſſio per pœnitentiam: quod nituntur probare multis auctoritatibus. Dicunt

etiam illud esse peccatum in spiritum sanctum, scilicet quod fit postquam remissum est in baptismo peccatum, dicunt etiam specialiter iniuriam fieri gratiæ spiritus sancti, quod aliquis post gratiam in baptismo collatam redit ad culpam, vnde dicunt quod tale peccatum non remittitur, nec hic, nec in futuro. Vnde si quis peccauerit inter eos postquam baptismum eorum susceperit, sine omni misericordia à consortio eorum eijcitur. Quod videtur insinuare Apostolus in epistola ad Hebręos cum ait. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam cœleste donum, & participes facti sunt, Sancti spiritus gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum virtutesque futuri seculi & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam. Item in eadem voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iàm non relinquitur pro peccato hostia: terribilis autem quędam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quę consumpta est contra aduersarios. Conantur idem hęretici ratione probare. Sicut baptismus iterari non debet, vel ordo, vel confirmatio, hac ratione videtur

tur quod pœnitentia non debeat iterari. Item qui ſemel de peccato pœnitet, omnibus diebus vitæ ſuę pœnitere tenetur de eodem peccato, vt dicit auctoritas. Ergo ſi incidit in peccatum caſſa & fruſtratoria eſt illa pœnitentia, vnde & auctoritas ait, pœnitere enim eſt peccata deflere, & flenda iterum non committere. Reſpondere etiam videtur, velle quod pœnitentia non poteſt iterari. Ergo ſi prima pœnitentia debet continuari vſque ad finem: ſecunda pœnitentia locum habere non videtur.

Solutio præmiſſæ obiectionis quare pœnitentia poteſt iterari & quia baptiſmus & quædam alia ſacramenta non iterantur.

PRÆMISSAM vero obiectionem ſic ſoluimus pa. in prima auctoritate loquitur contra quoſdam qui dicebant baptiſmum poſſe iterari in remiſſionem peccatorum. Negat igitur iterationem baptiſmi, inſinuans, quod impoſſibile eſt eos qui ſemel hoc acceperunt, quod in ſupra dicta auctoritate legitur: rurſus

per baptiſmum renouari motos ad pœnitentiam. Secunda autem auctoritas ſic eſt intelligenda. Iàm non relinquetur hoſtia pro peccato, ſubauditur in nouo teſtamento. Sic enim in veteri lege datum eſt, ſępius offerri pro peccato hoſtiam: non eſt Chriſtus iterum immolandus pro peccato, quod ſemel factum eſt: ſed ſecundo non eſt opus, ſed magis opus eſt manere in fide & veritate, quod ſi non iudicium te expectat, niſi per pœnitentiam renoueris, ideo ſubditur, terribilis autem in hoc non pœnitentiam excluſit ſed in ſecũdum baptiſmum, non dico non eſt vltra pœnitentia vel remiſſio, ſed hoſtia eſt. Secunda quia vna ſufficit volens ne vltra expectemus: ſed pœniteamus dicimus etiam quod ratio eſt quod baptiſmus iterari non poteſt vel confirmatio vel ordo: baptiſmus enim repręſentat paſſionęm Chriſti: ſicut ergo Chriſtus ſemel oblatus eſt, ſemel paſſus, ita baptiſmus paſſionis repręſentatiuus, iterari non debet, ſimiliter ordo qui eſt ſacramentum, dignitatis iterari nõ debet, propter ſui dignitatem, à ſimili ſacramentum confirmationis, ratione propriæ dignitatis: pœnitentia verò quaſi

ſecunda tabula eſt poſt naufragium: primum naufragium eſt in originali peccato, contra quod valet prima tabula, id eſt baptiſmus: ſecundum naufragium eſt in actuali delicto, contra quod valet ſecunda tabula, id eſt pœnitentia, & ſi pluries occurrat peccatum, pluries poſſet occurrere pœnitentiæ remedium: vnde eſt quod quilibet de peccato pœnitet omnibus diebus vitæ ſuæ pro peccato dolere tenetur: & ſi patitur peccati recidiuum, præmiſſæ pœnitentiæ fruſtratorium eſt remedium: quia non eſt æternæ beatitudinis conſequutiuum. Si tamen iterum de peccato pœnitet, ſequens pœnitentia ad peccati remiſſionem valet, ſcilicet quantum ad conſequutionem æterni pręmij: quod autem dicitur pœnitere eſt peccata deflere, & flenda iterum non committere, ſic eſt intelligendum vt non ad diuerſa tempora ſed ad idem referatur, vt ſcilicet tempore quo deflet commiſſa mala non committatur, vel opere, vel voluntate flenda: & vt vere deſcribatur pœnitentia, pœnitentia eſt ante acta peccata deflere, & deflenda iterum non committere: verba autem Hieronymi quibus videtur velle quod pœ-

nitentia non possit iterari, hęc sunt. Si & nos aliqua culpa morari venit, quę non in crimine mortis, vel in blasphemia fidei, sed sermonis & morum vitio consistat, hęc culpa semper reprobari potest: nec intelligitur aliquam de huiusmodi pœnitentiam agere, sed non ita de grauioribus criminibus, in grauioribus enim criminibus semel tantum conceditur pœnitentię locus. Ambrosius etiam ait. Reperiuntur qui sępe pœnitentiam agendam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si verè pœnitentiam in Christo agunt, vel agerent, iterandam postea nō putarent, quia sicut vnum baptisma, ita vna pœnitentia. Sed quid Hieronymus ait de solemni pœnitentia intelligendum est quę fit extra Ecclesiam in manifesto in cinere & cilicio, quæ pro grauioribus horrendisque peccatis, & manifestis delictis tantum imponitur, & illa non est iteranda pro reuerentia sacramenti & ne vilescat & contemptibilis fiat hominibus. Similiter & illud Ambrosij, & etiam illud quod alibi ait: pœnitentia semel vsurpata nec vere celebrata, & fructum prioris aufert, & vsum sequentis amittit, de solemni pœnitentia intelligendum est.

Quibus exemplis, auctoritatibus & rationibus probatur, quod pœnitentia potest iterari.

QVOD pœnitentia non ſemel tantum agatur ſed frequenter iteretur, & per eam frequenter venia preſtetur, exemplis, auctoritatibus, & rationibus probatur. Legimus Petrum frequenter peccaſſe. Nonne antequam ad Chriſtum veniret peccauerat, & vnde mutatio nominis ſignificauit mutationes ſtatus mentis, cum dictum eſt, Tu es Petrus: & quando facta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe maior, nonne Petrus tunc peccauit, ſi de principatu litigauit? Similiter quando Chriſtum inſtruere voluit dicens abſit à te domine, & Chriſtus ait ei, vade retro Sathanas, & forte quando ex quadam præſumptione ait, & ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo: Et quando auriculam Malchi percuſſit, & quando Chriſtum negauit. Sed ſicut iterata ſunt in Petro peccata, ita per iteratam pœnitentiam ſunt dimiſſa, vnde & Petrus peccati ſui recordatus legitur fleuiſ-

ſe amare. Similiter & alij Apoſtoli ante Chriſti reſurrectionem multotiens peccauerunt, & per iteratam pœnitentiam peccatum dimiſſum eſt: & ſi veteri teſtamento fidem adhibent exemplum Dauid idem poſſemus aſtruere qui frequenter legitur peccaſſe & totiens pœnituiſſe. Auguſtinus etiam ſcribens contra quoſdam hæreticos, qui peccantibus poſt baptiſmum ſemel tantum vtilem dicebant pœnitentiam, ait, ad hoc inſtant perfidi qui ſapiunt pluſquam oportet, non ſobrij, ſed excedentes menſuram, dicunt, & ſi ſemel poſt baptiſmum valeat pœnitentia peccantibus, non tamen ſemper peccãtibus proderit iterata, alioquin ad peccatum etiam incitatur remiſſio, dicunt enim, qui non ſemper peccaret, ſemper redire poſſet. Dicunt etiam Deum incitatorem ſi ſemper peccata dimitteret vel pœnitentibus ſubueniret, & ſic ſemper placere peccata cum pręſto ſit remittere, errant autem. Cõſtat etiam multimodis placere peccata qui ſemper pręſto eſt deſtruere, ſi ea amaret non ita ſemper defleret. Item Ioannes Chryſoſtomus de reparatione lapſi. Talis eſt crede mihi, talis erga homines pietas Dei,

nunquam ſpernit pœnitentiam, ſi ei ſincere & ſimpliciter offeratur. Etiamſi ad ſummum quis veniat malorum, & modo tamen velit reuerti ad veritatis viam ſufficit, libenter amplectitur, facit omnia quatinus ad priorem reuocet ſtatum, quódque eſt ad hoc præſtantius & eminentius, etiamſi non potuit quis explere omnem faciendi ordinem quantulamcunque tamen, & quantumlibet breui tempore geſtam non reſpuit pœnitentiam, ſuſcipit etiam nec patitur, quamuis exiguæ perditionis perderet mercedem. Ratione id probatur, Iſte poſt baptiſmum lapſus eſt in peccato, nec ei poteſt ſubuenire ad remiſſionem peccatorum pœnitentia vel aliquod ſacramentum, ergo perit in eo libertas arbitrij, cum non poſſit bene operari. Vel per pœnitentiam peccata remitti. Ergo ei non eſt imputandum, ſi non bene operatur, cum ex neceſſitate maneat in peccato. Item iſte dolet de peccato quantum debet dolere & contritur, & peccata confitetur, & ſatisfacit. Ergo cum eo iniuſte agitur, ſi peccatum ei non remittitur.

Opinio hæreticorum qui dicunt, quod pœnitentia non valet ad peccati remissionem.

SVNT alij Christianæ religionis inimici, qui asserunt nullam pœnitentiam valere ad peccati remissionem, quod sic probare conantur. Deus gratis remittit peccata, ergo merito hominis. Ergo non per pœnitentiam, Si enim per pœnitentiam peccatum remittitur. Item auctoritas ait. Quod non ex operibus quæ facimus nos, sed ex sola gratia salui facti sumus. Item non est credentis, nec volentis, sed miserentis Dei. Item par gratia est illa ergo quia Deus operatur in nobis sine nobis, quæ est peccati remissio, ergo non mediante culpa remittitur culpa.

Præmissorum determinatio, quod pœnitentia valet ad peccati remissionem.

PRÆDICTA refellimus hoc modo dicentes, quod sola Dei gratia peccatum remittitur, nec pœnitentia est

causa efficiens remissionis peccati, sed sola gratuita voluntas Dei, est tamen causa sine qua non quia nisi homo pœniteat, à Deo peccatum non remittitur: sicut sol domum illuminat, quia fenestra aperitur, non tamen aperitio fenestræ causa est efficiens illuminationis, sed occasionaliter, sed ipse sol est causa efficiens illuminationis Quod autem dicitur non ex operibus quæ facimus nos, sic intelligendum est quod opera non excludunt gratiam, nec gratia opera, quia ex gratia opera, & ipsa gratia est causa efficiens salutis. Similiter gratia non excludit pœnitentiam, nec pœnitentia gratiam, quia pœnitentia est quædam gratia. Eodem modo intelligendum est non est credentis sed miserentis Dei quia quamuis cursus, id est operatio, vel bona voluntas sit salutis occasio, tamen efficiens causa salutis consistit penes gratiam Dei miserentis. Concedimus etiam quod pœnitentia gratiam operatur Deus in nobis sine nobis, id est peccati remissionem non meritis nostris exigentibus, non sine misericordia tamen.

Opinio hæreticorum qui dicunt ſoli Deo confiteri ſufficit.

SVNT quædam hæretici qui dicunt ſoli Deo confiteri ſufficere, quod conãtur probare multis auctoritatibus. Ait Ambroſius ſuper Lucam: ideo fleuit peccata, quia culpa obrepſit ei, non inuenio quid dixerit, inuenio quod fleuerit, lachrimas eius lego, ſatisfactionem non lego: quod defendi non poteſt. Lachrimæ lauant delictum, quod voce pudor eſt confiteri, & veniæ fletus conſulit & verecundiæ: hoc idem Maximus Epiſcopus dixit: Item Ioannes Chryſoſtomus ſuper epiſtolam ad Hebræos, non tibi dico vt te prodas in publicum, neque apud alios te accuſes, ſed obedire te volo prophetæ dicenti. Reuela viam tuam ante Deum, ergo tua confitere peccata apud verum iudicem, cum oratione delicta tua pronuntia, non lingua ſed conſcientiæ tuæ memoria, & tunc demum ſpera miſericordiam poſſe cõſequi, ſi habueris peccata tua in mente quotidie, nunquam malum aduerſus proximum tuum tenebis. Item idem: peccata tua dic vt deleas

illa, ſed ſi confunderis alicui dicere, dicito ea quotidie in anima tua: non dico vt confitearis ea conſeruo tuo, vt tibi exprobret, ſed dicito Deo qui curat ea. Nec enim ſi non dixeris ignorat cùm faciebas ea, preſto erat cum admitteres ea cognouerat.

Præmiſſæ auctoritatis determinatio, quod homo tenetur confiteri peccata ſua.

PRÆMISSA ſic ſoluimus. Iſtud Ambroſij lachrimæ lauant delictum ad publicam pœnitentiam referendum eſt, id eſt virtutem lachrimarum, & confeſſionis oſtendens, ſignificare voluit quod lachrimæ occultæ & confeſſio ſecreta, ſicut quæ fit ſoli ſacerdoti, lauant delictum, quod pudet aliquem publicè confiteri, quod verò dicit lachrimas Petri ſe legiſſe non confeſſionem vel ſatisfactionem, per hoc non excludit illam, multa enim facta ſunt quę ſcripta non ſunt, vel forte illa nondum facta erat inſtitutio confeſſionis quæ modo eſt, vel ſic poteſt intelligi lacrimæ lauãt delictũ, id eſt fletu purgamur à peccato vbi pudor eſt in

confitendo, quia nisi in confessione fuerit verecundia, non dicitur culpa. Illud autem Ioannis Chrysostomi superius positum non est intelligendum, vt liceat alicui si tempus habeat sacerdoti non confiteri, sed quia sufficit vbi crimen occultum est, soli Deo per sacerdotem dicere, & semel non oportet publicari coram multis, quia occultum est, non tibi dico quòd te prodas in publicum, sicut enim publica noxa, publico eget remedio, ita priuata culpa secreta confessione, & occulta satisfactione purgatur. Nec necesse est vt sacerdoti semel confessi sumus, iterum confiteamur, sed linga cordis non carnis apud verum iudicem, id iterum confiteri debemus, vnde idem Ioannes Euangelista ait. Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu domini pronunties, & pro eis depreceris, citius ea delebis. Si vero obliuiscaris tunc eorum recordaberis nolens quia tunc publicabuntur & in conspectu proferentur omnium amicorum, & inimicorum, sanctorum & angelorum.

Quibus auctoritatibus probatur, quod pœnitentia valet ad remiſſionem peccati.

QVOD pœnitentia ad remiſſionem valeat peccatorum, multipliciter auctoritas inſinuat. Ait enim Ioannes pœnitētiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Idem Chriſtus ait, & Petrus in Actibus Apoſtolorum, ad eos qui per eius prædicationem compuncti fuerant corde, pœnitentiam agite, & baptiſetur vnuſquiſque veſtrum. Item pœniteamini, vt deleantur peccata veſtra, quia etiam quæ conſiderantur in pœnitentia, exiguntur ad peccati remiſſionem, ſcilicet contritio, confeſſio, ſatisfactio, quod tamen hæretici negant.

Quibus auctoritatibus probatur, quod contritio valet ad remiſſionem peccati.

QVOD contritio valeat ad peccati remiſſionem habemus ex Euangelio. Ibi enim legitur, quod recordatus

Petrus verbi Iesu quod dixerat, priusquam Gallus cantet, ter me negabis, & egressus foras fleuit amare. Ecce quomodo cumpunctus est corde, recordatus enim preteriti mali ad lachrimas cucurrit. Preterea quomodo remittetur homini peccatum nisi volenti. Si autem hoc vult sibi remitti peccatum, vult non habere peccatum, ergo vult non esse in peccato, & si forte predicti heretici Prophetis non credent, tamen Prophete testantur contritionem valere ad peccati remissionem: ait enim auctoritas: quacumque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabitur. Ezechiel etiam ait scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & Dauid cor contritum & humiliatum Deus non spernit, compuncta enim est cordis contritio quæ nascitur ex recordatione preteritorum malorum cum intentione non relabendi, malens omnia mortis subijsse pericula, quam tali laborasse culpa.

Quibus auctoritatibus probatur, quod confessio valet ad remissionem peccatorum.

SImiliter exigitur oris confessio ad peccati deletionem, quod & ipsi hęretici negant, ait enim Iacobus. Confitemini alterutrum peccata vestra, & Paulus. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et dominus præcepit hijs quos sanauerat à lepra, vt se ostenderent sacerdotibus, per hoc insinuans, quod ille qui vult à lepra peccati mundari, debet se per confessionem pręsentare sacerdoti. Pluribus etiam sanctorũ auctoritatibus idem potest astrui: sed fortasse eis non assentirent fidei Christianę aduersarij: fortasse dicent aliqui quod sola contritione remittitur peccatum, quod quidem verũ est: adquid ergo exigimus confessionem ad peccati remissionem? ad hoc dicimus quod ille qui conuertitur, habere propositum cõfitendi tenetur, nisi enim proponat confiteri, peccatum non remittitur. Tenetur ergo ad confitendum, multiplici de causa, & ratione propositi & ratione puniendi,

maxima enim pars pœnitentię est, erubescentia de confessione. Cum enim alijs de causis instituta sit peccati confessio, propter hoc etiam est instituta, vt cadat in pœnam erubescentia pro peccato, ratione etiam satisfaciendi, quia nisi peccator reuelauerit peccata sacerdoti, sacerdos per iniunctam satisfactionem ei non poterit mederi.

Opinio hæreticorum qui negant panem transsubstantiari in corpus Christi.

DICVNT etiam idem hæretici, panem non transsubstantiari in corpus Christi, per secunda verba quæ dicuntur à sacerdote in Missa: & hoc conãtur asserere multipliciter. Dicunt enim quod si singulis diebus mutaretur panis in corpus Christi, illud augeretur in infinitum. Quęrunt etiam, vtrum ille panis desinat esse. Si desinit esse adnihilatur, & iam corrumpitur. Quęrunt etiam, quomodo corpus tantæ quantitatis, intret per os hominis? Dicunt etiam, quod si corpus Christi comeditur à simili dentibus atteritur, & ita in partes diuiditur.

Item

Item panis mutabitur in corpus Christi, ergo erit corpus Christi, & ita aliud quàm sit. Item panis fiet corpus Christi, ergo de pane fiet corpus Christi. Ergo ex alia materia fiet corpus Christi, & sic panis erat materia, corpus Christi. Item post factam transsubstantiationem remanent accidentia, ergo in subiecto sunt. Ergo in aëre, vel in alio subiecto. Sed si in alio subiecto sunt, ergo aliqua pars aëris est rotunda, sapida, alba, & secundum quod farina illa defertur per diuersa loca, mutant accidenti subiectum. Item in eadem parte aëris manent illa accidentia, & ita soliditas est in aëre cum illa sit solida, & ita aër solidus est, & ita videtur, quod in aëre non sunt illa accidentia, sed nec in corpore Christi sunt, nec est assignare aliud corpus in quo sint, ergo non videntur remanere accidentia. Item cum forma illa sub qua latet corpus Christi, diuidatur in partes, sub illa forma desinit corpus Christi: quomodo ergo sub singulis portionibus illius hostiæ datur corpus Christi? Si Christus latet sub illa minima forma, in quo loco est caput Christi, & pes, & ita indistincta sunt corporis Christi membra. Item si

Chriſtus dedit corpus ſuum diſcipulis ante paſſionem, dedit eis mortale vel immortale, ſi immortale dedit, & tunc quidem erat mortalis, ergo quando erat immortalis, mortalis erat, quod eſt impoſſibile. Si dedit mortale, ergo corpus tantæ quantitatis nondum glorificatum per tantam anguſtiam oris intrauit. Item ponatur quod aliquis celebraſſet diuina tempore paſſionis Chriſti exiſtens Romæ corpus Chriſti eſt Romæ, corpus Chriſti patitur Romæ, quia vbicumque eſt ibi patitur tempore paſſionis, & ſi non patitur in Hieruſalem, ſed in multis locis. Item ponatur quod mus accedat ad pixidem, in qua eſt corpus Chriſti, mus aliquid comedit, ergo aut aëra, aut accidens, aut corpus Chriſti, ſed quod mus comedat aëra, vel accidens, abſurdum eſt, & magis abſurdum, quod corpus Chriſti. Item cùm ſanguis Chriſti glorificatus ſit, & non faciat à materia diſtantiam in loco, videtur quod calice repleto ſanguine Chriſti, illius liquor poſſit infundi. Item Chriſtus in Euangelio, omne quod in os intrat, per ſeceſſum emittitur.

Præmiſſarum ſolutio, quod panis mutatur in corpus Chriſti.

PRIMÆ obiectioni reſpõdimus, Quod alia eſt mutatio, alteratio, & alteritas, alia tranſſubſtantiatio. Alteratio dicitur illa mutatio quæ fit ſecundum varietatem accidentium, in eodem ſubiecto, vt cum ſubiectum primo ſit album, conſequenter incipit eſſe nigrum, & ſecundum hanc mutationem concedimus quod album erit nigrum, & quod album incipiat eſſe nigrum, & fiet nigrum. Sed non concedimus quod de albo fiat nigrum, ne album intelligatur eſſe materia nigra . . . . notat materiam. In tali mutatione manet ſubiectum non manent accidentalia, ſed ſubſtantialia. Alteritas verò eſt illa ſpecies mutationis, in qua manente eadem materia, non manent ſubſtantialia, quæ mutatio facta eſt in Chana Galileæ, quando mutata eſt aqua in vinum: Aqua enim mutata in vinum, manſit materia, eadem enim fuit materia aquæ & vini, ſed quædam ſubſtãtialia mutata ſunt, ſubſtantiale enim quod aqua erat, aqua deſijt eſſe,

& illud quod vinum est, vinum incipit esse: quædam accidentalia mutata sunt. Secundum hanc mutationem dicitur, quod de aqua factum est vinum, & quod aqua mutata est in vinum, nec futura fuit vinum. Transsubstantiatio illa, est species mutationis, secundum quam mutatur, & materia & substantialis forma, sed remanent accidentalia, id est accidentia, vnde dicitur transsubstantiatio quia nihil de substantia remanet, vel quantum ad materiam, vel quantum ad substantialem materiam, talis mutatio fit in consecratione panis, panis enim ita mutatur in corpus Christi, quod nihil de materia panis remanet, & substantialia etiam non remanent, sed quædam accidentalia vt rotunditas, sapor, albedo etiam quia tota mutatur, substantia in corpus Christi non augetur, quamuis multotiens panis in corpus Christi mutetur: panis enim qui in corpus Christi mutatur non remanet in corpore Christi, nec remanet corpus Christi, & ideo non augetur corpus Christi. Duæ enim species argumenti sunt, vna quę fit per partium extensionem, alia per additionem: per additionem . . . . crescit accruus:

per potenſionem creſcit. . . . .
. . . . . Non enim creſcit quod aliquid in ea addatur, ſed quia mediante calore & humore protenduntur partes ſecundum quam augmenti ſpeciem multiplicati ſunt panes illi quibus dominus refecit quinque millia hominum: Ergo quia corpori nihil additur nec partes eius protenduntur. Secũdum panis mutationem dicimus quod corpus Chriſti non augetur. Secundum hanc mutationem dicimus, etiã quod panis mutatur in corpus Chriſti, & conuertitur, & ſimiliter omnia verba ſignificantia mutationem concedimus, & ideo dicimus quod panis fiet corpus Chriſti, nec tamen corpus Chriſti ſicut domus iſta fit, nec tamen incipit eſſe, vel eſt. Dicimus etiam quod panis deſinit eſſe, nec tamen corrumpitur, non enim deſinit eſſe per naturalium infirmationem, ſed per miraculum, nec mirum ſi corpus Chriſti aliquantæ quantitatis exiſtens, intrat in os hominis, cùm iam glorificatus ſit, nec faciat aliquam diſtantiam in loco. Dicimus etiam quod de pane non fiet corpus Chriſti, (de) etiam notat materiam & panis non eſt, nec erit materia corporis Chriſti. Præte-

rea dicimus quod corpus Christi comeditur & dentibus atteritur, id est quod incorruptibile manet & indiuisibile: Et cum corpus Christi dicitur diuidi vel frangi, potius ad formam panis refertur quàm ad corpus Christi, fractio autem illa vel diuisio non est in corpore Christi, sed potius in forma panis, nec mirum si ille qui fecit omnia de nihilo, faciat accidentia esse sine aliquo subiecto. Ad hoc quod dicunt, quod in altari est panis post consecrationem, quia ibi prius fuit panis, & adhuc est forma panis. Respondimus quod verè ibi fuit panis, sed mutatus est in corpus Christi, & forma remanet sub qua latet corpus Christi, & hoc fit multiplici de causa, vna est quia fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Alia ne Christianus abhorreat comedere redemptorem suum. Tertia ne hęretici exultarent nobis, dicentes, vos comeditis dominum vestrum. Videmus etiam quod quędam res mutantur in alias, & tamen quædam proprietates rei mutatæ remanent, vt quando vinum mutatur in accetum, remanet ibi siccitas, liquiditas, sub forma vnius rei latet alia: vnde fre-

quenter angeli leguntur latuisse sub humana forma, non tamen erat humana forma in angelo. Similiter corpus Christi in altari est, & in alia forma, id est in humana & sub alia forma est, id est sub forma panis. Præterea accidentia quæ remanent sine subiecto sunt. Ille enim qui omnia creauit ex nihilo potest facere, vt accidentia sint sine subiecto: ille enim qui accidentia ita creauit vt in subiecto essent, potest facere vt sine subiecto sint: quod enim hoc modo vel alio modo sunt à Deo est: possumus tamen dicere quod color & sapor est in forma panis, & ita miraculosè accidens est in accidente, sed similiter hic queritur de ipsa forma in quo sit, cum & ipsa forma sit accidens, Sunt qui dicunt nulla accidentia ibi esse propter transsubstantiationem, sed videri esse cùm non sint: vnde non dicunt ibi esse albedinem, sed rotunditatem, sed sacramentalem albedinem, & sacramentalem rotunditatem, id est talia videri inesse in sacramentum, nec dicunt ibi esse præstigium, sed sacramentum. Sunt enim multæ species fallaciæ visus, vná est quando non videmus, quod oculis presentatur, quod dicitur acrisia, id est

auidentia, qua percuſſi ſunt illi qui quærebant Eliſęum, & qui in Emaus Chriſtum videbant, & non cognoſcebant. Alia eſt quæ dicitur pręſtigium, quando arte magica ita pręſtringuntur oculi, vt videatur aliquid eſſe quod non eſt, nec videatur eſſe quod eſt: & ita fit à magicis ad decipiendum. Alia vero eſt quæ fit ad inſtruendum & in ſacramentum, iuxta quod videbatur prophetis videre ea quæ non videbãt: vnde & Hieremiæ videbatur olla ſuccenſa ab Aquilone. Similiter ſapor, & color videtur eſſe in ſacramento altaris, nec tamen ibi eſt pręſtigium, quia hoc non fit ad decipiendum ſed potius ad inſtruendum, & in ſacramentum, & quid iremus per anfractus eorum verborum? vnica eſt in hijs reſponſio: quod in miraculo non eſt quærenda ratio. Dicimus etiam quod forma illa diuiditur in partes, ſicut prius corpus Chriſti totum & integrum latebat ſub forma integra, id eſt ſub ſingulis portionibus illius hoſtiæ fractæ, latet idem corpus & totum integrum, ſicut in ſpeculo integro vna apparet imago, eo autem fracto in ſingulis portionibus eadem forma apparet. Dicimus etiã quod ſub illa minima forma la-

tet totum corpus Christi, quia cùm iam glorificatur sit tantæ subtilitatis quod non facit distantiam aëris ad aëra, & non potest latere in paruo loco, & tamen membra distincta sunt. Corpus autem suum dedit discipulis suis tale quale habuit, id est miraculosum; miraculosum quod corpus tantæ quantitatis intrauit per angustum os comedentis, quo enim miraculo natus est clauso vtero virginis, & quo miraculo super mare siccis pedibus ambulauit, eodem miraculo introiuit in os comedentis. Dicimus etiam quod si quis celebrasset sacramentum Eucharistiæ Romæ in die passionis, quod Christus Romæ existens pateretur in Hierusalem, sicut si aliquid incipit esse in hoc momento incipit esse. De mure qui accedit ad pixidem dicimus quod non comedit corpus Christi, sed formam illam, & miraculose cedit in nutrimentum forma panis, ac si esset substantia panis: nec mirandum cùm & in naturalibus videmus quod aliquis inebriatur solo odore vini: legimus etiam quod quidam populi pascuntur solo odore pomorum. Sunt tamen qui dicunt quod nihil comedit sed videtur quod comedat, & sic

miraculosè videtur, sic saturatio ac si aliquid comedisset. Calice autem pleno sanguine Christi alius liquor non potest infundi illo manente, quamuis sanguis non faciat distantiam aëris ad aëra. Species enim vini sub qua latet sanguis, implet locum, & implet calicem: sicut miraculose corpus glorificatum locum non implet, sic species vini locum implet miraculosè. Illud autem quod Christus ait. Omne quod in os intrat, intelligendum est de cibo materiali, non spirituali: sicut enim materialis vadit in secessum, ita spiritualis in mentis excessum: iste enim cibus ventris, ille mentis. Tandiu autem est corpus Christi in ore comedentis, quamdiu sapor sentitur, nec trahitur in ventrem secundum viam aliorum ciborum, nisi sola species panis.

Vtrum sit articulus fidèi panem transsubstantiari in corpus Christi.

QVÆRVNT etiam hæretici, si articulus fidei Christianæ est, panem transsubstantiari in corpus Christi cum in aliquo symbolo non fuit mentio de hoc articulo vel in alio Apostolico sym-

bolo, ſcilicet, Credo in Deum vel in Niceno ſcilicet, Credo in vnum, vel in ſymbolo Athanaſij, ſcilicet, Quicũque vult, &c. Cùm in iſtis ſymbolis de omnibus articulis Chriſtianæ fidei fiat mentio, cum non ſit mentio de illo ineffabili ſacramento, cui magis videtur obligari anima rationalis. Ad hoc dicunt quidam quod in primitiua Eccleſia, ita omnibus patens erat tranſſubſtantiari panem in corpus Chriſti, quod nulli dubium erat, cùm Chriſtus hoc atteſtatur etiam in Euangelio. Nec ſuper hoc in primitiua Eccleſia aliqua hæreſis pullulauit, ad quam reprimendam opus eſſet mentionem fieri in aliquo ſymbolo de hoc articulo, vnde quia in primitiua Eccleſia de Trinitate pullulauit hęreſis apud Arrium & Sabellium de ſpiritu ſancto apud Macedonium, de Incarnatione apud Euticem & Neſtorium: de Reſurrectione apud alios, vt teſtatur Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios, in ſymbolo de iſtis articulis fit mentio. Poſſumus tamen dicere quod in Apoſtolico ſymbolo eſt mentio de Euchariſtia, vbi dicitur ſanctorum communionem, in hoc enim ſpiritualiter communicant ſancti, quod

recipiunt corpus Christi non solum sacramentaliter, sed etiam spiritualiter.

Quibus auctoritatibus probatur quod Christus corpus suum dedit discipulis suis.

QVOD autem Christus corpus suum dedit discipulis, manifeste insinuat Matthęus in Euangelio dicens, Cœnantibus autem eis accepit Iesus panem, benedixit, & fregit, dedítque discipulis suis, & ait illis, Accipite & comedite, hoc est corpus meum, & accipiens calicem, & gratias agens dedit illis dicens, bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testamenti qui pro multis fundetur. Item Lucas, & accepit panem gratias egit, & fregit, dedit illis dicens, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dixit, hic est calix noui testamenti in sanguine meo, quod pro vobis effundetur. Item dominus in Euangelio, Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Item qui manducat meam car-

nem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die, Caro enim mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum in me manet & ego in eo. Sicut miſit me pater viuens, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me ipſe viuit propter me. Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit, non ſicut manducauerunt patres veſtri manna & mortui ſunt, qui manducat húnc panem viuet in æternum: Præter hęc verba quidam de diſcipulis eius dixerunt. Durus eſt hic ſermo & quis poteſt eum audire? & ideo multi ex diſcipulis eius abierunt retrorſum, & amplius cum eo nõ ambulabant, quorum imitatores ſunt prædicti hęretici. Item Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios, Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis, quoniam dominus noſter Ieſus Chriſtus in qua nocte tradebatur, accepit panem gratias agens fregit, & dixit, Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens, hic calix noui te-

ſtamenti eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotiens biberitis in meam commemorationem. Quotiens enim manducabitis panem hunc & calicem biberitis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Item quicunque manducat panem, & bibit calicem domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini.

Opinio quorundam hæreticorum qui dicunt quod Chriſtus corpus proprium demonſtrauit diſcipulis, cùm dixit hoc eſt corpus meum.

PRÆTEREA dicunt hæretici, quod cum Chriſtus ait, Accipite hoc eſt corpus meum: non demonſtrauit corpus, quod ſub forma panis latebat, ſed ſeipſum. Quaſi dicat, ego ſum qui do, quaſi dicat, corpus meum eſt quod vobis datur, hunc panem & ideo eſt ipſe panis dignior.

Præmiſſorum ſolutio, quod Chriſtus demonſtrauit corpus, quod ſub forma panis latebat.

AD hoc dicimus quod iſtud ſtare non poteſt, ſi verborum ſeries diligenter attendatur, ait enim Euangeliſta, Accepit Ieſus panem & benedixit, ac fregit, & dedit diſcipulis ſuis dicens, Accipite hoc eſt corpus meum. Quaſi dicat, hoc quod offero vobis eſt corpus meum. Præterea ad quid ſeipſum oſtenderet, cum ipſe corpus eius diſcipulis appareret? Item quoque dicent de ſanguine. Legitur enim in Euangelio, Accepit Ieſus calicem, gratias egit & dixit illis, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Non poſſunt dicere, quod oſtendit ſanguinem ſuum, niſi quantum in calice porrigebat, quem diſcipulis ſuis dabat dicens, hic eſt ſanguis meus, &c.

Quare Christus sub aliena forma corpus suum dedit discipulis.

QVÆRITVR etiam ab hæreticis, cùm tot auctoritates clament panem mutari in corpus Christi, quare negant tantum sacramentaliter, si dicunt quod est contra naturam, eis possumus respondere, Quia qui fecit omnia ex nihilo, potest vnum mutare in aliud, & si filius Dei in forma humana latet, quid mirum si corpus Christi sub forma panis latens non apparet, quia sicut ratio fuit vt sub humanitate lateret diuinitas, ita vt sub forma panis lateret humanitas. Sicut enim diuinitas sine velamine nobis apparere non potuit, ita glorificata humanitas, nisi mediante aliena forma nobis mortalibus quantum ad informitatem nostram apparere non valuit: decens etiam fuit, vt qui ab hominibus recesserat per præsentiam carnis, sedens ad dexteram patris, aliquando nos visitaret, quamuis sub forma aliena lateret. Maxima etiam gratia Dei priuare nos contendunt, qui Christum in altari esse per virtutem sacramenti non credunt, quam

quam enim maiorem gratiam potuit conferre nobis, quàm ſacramentum Euchariſtiæ: vnde ipſe ait, vobiſcum ſum vſque ad cōſommationem ſęculi: quamuis enim hoc intelligatur de præſentia ſpirituali, tamen intelligi poteſt & de corporali. In horum hæreticorum confuſionem in multis Eccleſiis frequens hoc celebratur miraculum, quod in Hoſtia vera ſpeciés carnis viſa eſt, lōga etiam poſſem referre miracula quæ per infirmitatem quorundam fiunt circa Euchariſtiam. Stultiſſimum etiam eſt diffiteri, quod Chriſtus confeſſus eſt, quod Apoſtoli t[illegible]antur, quod omnes ſancti atteſtantur, in qua videmus viros religioſos vitam finire.

Opinio illorum hæreticorum, qui dicunt nuptias damnabiles eſſe.

PRÆDICTI etiam hæretici nuptias damnant, dicunt enim quidam eorum, quod omnibus modis ſe homo debet purgare, ab eo quod habet à principe tenebrarum, id eſt à corpore, & ideo paſſim & quolibet modo fornicandum, vt citius liberetur à mala natura, & ideo

nuptias damnant quę fluxum luxuriæ coarctant, vnde, vt à quibusdam fertur, tales in conciliabolis suis immundissima agunt: Tales dicuntur Catharri, id est diffluentes per vitia à catha quod est fluctus, vel cathari quasi casti, quia se iustos & castos faciunt. Vel catari dicuntur à cato quia obsculantur posteriora catti, in cuius specie, vt dicunt, appareret eis Lucifer. Quod autem nuptiæ damnabiles sint, auctoritatibus & rationibus probare conantur: dicunt enim quod si nuptiæ non essent execrabiles, dominus Ioannem Euangelistam non liberasset à fluctua vaga nuptiarum tempestate, & quia coniugium non consummatur nisi carnali coïtu, & ita in peccato dicunt coniugium execrabile esse, ac si sint amatores castitatis, cùm potius sint sectatores incastitatis & luxuriæ, & dicunt coniugium obuiare legi naturali, cum lex naturalis dictet esse omnia conuiuia, coniugium apropriat quod commune debet esse de iure naturali. Item si bonum est nubere, quare ait Apostolus, volo vos omnes esse sicut ego sum, id est continentes. Dicunt etiam quod coniugium causa est maximi peccati, id

eſt adulterij, quia niſi coniugium præcederet non ſequeretur adulterium.

Solutio ad præmiſſa, quod nuptiæ non ſunt damnabiles.

PRÆDICTIS reſpondimus, quod non ideo Chriſtus Ioannem reuocauit à nuptijs, quod nuptiæ eſſent execrabiles vel malæ, ſed vt ad maius bonum inuitaret, id eſt ad virginitatem: melior enim eſt virginitas, id eſt expeditior & ad maius bonum promptior, quàm coniugalis caſtitas. Coniugalis enim ſtatus multis negotijs implicatur quibus acquiruntur neceſſaria vitæ per quæ coniugalis ſtatus minus eſt promptus ad bonum. Quod dicunt coniugium non poſſe cōſummari ſine carnali coïtu, verum, ſed non ſemper carnalis coïtus peccatum eſt: per ſacramentum enim coniugium fit, vt carnis commercium aut graue non ſit peccatum, aut peccatum non ſit, quiſquis enim caderet in præcipitium fornicationis, niſi eſſet coniugium, excipitur honeſtate coniugali vt ſit peccatum, & Apoſtolus inuitans ad coniugium ait, vnuſquiſque ſuam habeat propter forni-

cationem. Et cum carnis commercium siue coire sit de iure naturali, non in hoc coniugium naturali iuri obuiat, quod ipsum restringit, sed potius exornat, in hoc enim ius naturale & carnis commercium exornatur quod hoc passim diuersas non cognoscat, sed vnam sibi assumat: quod in brutis animalibus quæ ducta naturali iure non gaudent suis paris pluralitate sed vnitate. Ad vltimam obiectionem dicimus quod Apostolus, non ideo volebat illos quibus scribebat esse solutos à coniugio & continentes esse, quod coniugium malum sit: Sed ideo quia virginalis status vel vidualis expeditior: coniugium enim sanctum est vnde, & impij gentiles in magna veneratione habuerũt coniugium, & filios qui nati non erant de coniugio, illegitimos iudicabant.

Quibus auctoritatibus & rationibus probatur, quod coniugium bonum & sanctum sit.

QVOD autem coniugium bonum & sanctum sit, & quod naturale commercium per bona coniugij excusetur, auctoritates & rationes variæ insinuant:

Ait enim Apoſtolus vnde quiſque habeat ſuam propter fornicationem, & vna quæque virum ſuum: vxori vir debitum reddat, ſimiliter & vxor viro. Item mulier ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed vir. Similiter & vir ſui corporis poteſtatem non habeat ſed mulier. Audiant hæretici Apoſtolum atteſtantem quod neque vir neque mulier continere poterit, niſi vterque conſenſerit. Item Paulus, nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus vt vacetis orationi, & iterum. Reuertimini in idipſum ne vos tentet Sathan propter incontinentiam veſtram. Ecce quoquomodo vtriuſque debet eſſe conſenſus. Item Paulus. Dico autem innuptis & viduis, bonum eſt illi, ſi ſic permanet ſicut & ego. Item ſi ſe non continent, nubant. Item, hijs autem qui in matrimonio vincti ſunt, præcipio non ego, ſed dominus, vxorem à viro non recedere, & vir vxorem non dimittat. Item ſi quis habet vxorem infidelem, & hęc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam, & ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat illum. Sanctificatur enim vir infidelis per mulierem fidelem,

& mulier infidelis per virum fidelem? Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem mundi sunt : fortè hæretici illud Apostoli nobis obijcient, qui habent vxores sint tanquam non habentes, quod sic intelligendum est, id est potius seruientes Deo, quàm carnis commercio. Item qui matrimonio iungit virginem bene facit, & qui non iungit melius facit. Ecce quoquomodo vtrumque commendat Apostolus coniugium scilicet & virginitatem. Item Paulus, mulier alligata est viro, quanto tempore viuit, quod si dormierit liberata est : cui vult nubat tantum in domino. Item obijciunt illud Apostoli, viri diligite vxores vestras, sicut Christus Ecclesiam, in quo putant continentiam inter coniugatos ab Apostolo velut pręceptum commendari, quod absit. Non enim propter continentiam ait Apostolus, sed ad confirmandum synceræ dilectionis vinculum, vt si necesse fuerit vir pro vxore aliquid pati non recuset, sicut Christus pro desponsata sibi Ecclesia mortem subire non recusauit. Item Paulus ad Romanos, nam quę sub viro est mulier, viuente viro alligata est lege viri. Si autem mortuus

fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Ergo viuente marito vocabitur adultera si fuerit cum aliquo. Item dominus in Euangelio, Cum interrogaretur, si liceret homini dimittere vxorem suam ob quamlibet causam dixit, ab initio creaturæ masculum & fœminam creauit eos dominus, & dixit Adæ, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori suę, & erunt duo in carne vna. Itaque iàm non sunt duo, sed vna caro: quod Deus coniunxit, homo non separet. Item obijciunt hęretici quicumque reliquerit domum aut fratrem, aut sororem, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, centuplum accipiet & vitam ęternam possidebit. Dicunt enim quod Deus pręcepit iuxta hanc auctoritatem dimittere vxores, sed intellectus verborum is est: præcepit Deus ab intuitu diuinæ dilectionis omnem creaturam proponamus respectu creatoris. Item quomodo coniugalis copula Zachariæ & Elizabeth adulterium fuit: quorum genitura scilicet Ioannes spiritu sancto repletus est adhuc ex vtero matris: Et si spiritu sancto repletus est, ergo sanctificatus, & si sanctificatus, ergo ab omni peccato

mundatus, & si ab omni peccato mundatus, ergo non ex adulterio conceptus. Ergo Zachariæ & Elisabeth copula non fuit adulterium: Sed forsam dicũt ipsum Ioannem non esse filium Zachariæ: sed audiant quid dixit Angelus ad Zachariam, nascetur tibi filius. Item vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Item & Zacharias pater eius. Item factum est verbum domini super Ioannem filium Zachariæ in deserto. Sacramentum etiam coniugij in paradiso institutum est à Deo, quando formauit mulierem de costa viri, instituens vnam esse vnius, vnde ipse ait crescite & multiplicamini ad sacramentum coniugij etiam cõmendandum, Christus voluit de coniugata nasci: & ad idem commendandum interfuit nuptijs. Legimus & de Petro qui habuit vxorem quam non duxisset, credidisset. Etiam cum per coniugium arctetur fluxus luxuriæ potius videtur esse bonum, quàm malum, cum apud Deum & homines ignominiosum sit animal nasci & non de coniugatis, maxime etiam contradicunt effectui qui coniugium malum esse dicunt. In hoc enim maxime apparet misericordiæ Dei

effectus quod ſacramento coniugij iuſti Deus ad hoc vt qui continentes eſſe non poterant, à peccato continentiæ excuſarentur.

Opinio hæreticorum qui dicunt quod Confirmatio nullam habet efficaciam.

SImiliter alij hæretici derogant ſacramentis, vt Confirmationi ordinis extremæ vnctionis, dicunt enim nullam eſſe virtutem ſacramenti Confirmationis, cum in eo vel in aliis libris noui teſtamenti non legatur eſſe inſtituta, vel à Chriſto, vel ab eius diſcipulis.

Determinatio præmiſſorum, quod ſacramentum confirmationis maximum habet effectum.

AD prædictam dicimus, quod vbi Chriſtus inſufflauit in Apoſtolos, dans eis ſpiritum ſanctum ad robur, inſinuauit eis ſacram confirmationem. Illa enim virtus quæ ab Apoſtolis dabatur per manus impoſitionem, datur fidelibus per manus confirmationem. Nec in

primitiua Ecclesia legitur hoc sacramentum datum nisi ab Apostolis. Vnde postea non est collatum hoc sacramentum alicui, nisi Apostolorum Vicariis, qui Apostolorum habent vicem, vnde si ab aliis præsumptum fuerit irritum habetur, & vacuum, nec inter Ecclesiastica computabitur sacramenta. Virtus autem huius sacramenti, est donatio spiritus sancti ad robur quo in baptismo donatus est ad remissionem peccatorum. Cum ergo dicunt hęretici magnum sacramentum manus impositionem cum sacramento confirmationis retinet vicem, cum in iusto iudicio huic derogant sacramento, quoquomodo etiam audent derogare auctoritatibus omnium sanctorum Apostolos sequentium, qui maximum testantur hoc sacramentum? quod etiam tantæ est dignitatis quod iterari non debet. Sine quo etiam nullus discretus & adultus sine periculo discedit, quod etiam à ieiunis tradi debet, nisi aliter cogat necessitas.

Opinio illorum qui dicunt quod ordo non est sacramentum.

DICVNT etiam hæretici. Catholicę fidei ordinem, vt diaconatum, vel sacerdotium non esse sacramentum, quod sic probare conantur. Non legitur in aliqua canonica scriptura Apostolos in sacerdotio ordinatos esse, prętcr Apostolos, qui maiores sacerdotes dicti sunt, non leguntur vnctos fuisse crismate. Cur ergo vnguntur eorum vicarij: quare ergo eorum vicarij in sacerdotium ordinãtur? Præterea multa eorũ suffraganei faciunt vt aliqui digni sint aliquo officio, quid ergo constat ordo?

Solutio præmissorum, quod ordo est sacramentum & confirmatio & consecratio.

AD præmissa dicimus quod Christus Apostolũ instituit sacerdotem quando dans ei corpus suum ait. Hoc facite in meam commemorationem: multa etiam relinquit Apostolis ordinanda, quę ipse non ordinauit, vt de ordinum

collatione, de ſacerdotum conſecratione. Prçterea ſi ordo nihil conferret ad ſacrationem, relinquitur vt laici etiam poſſint conſecrare, vt ſacerdotes, quod abſurdum eſſe videtur. Prçterea legitur in Actibus Apoſtolorum quod Apoſtoli ſeptem ordinauerunt diaconos: à ſimili intelligendum eſt ab Apoſtolis alios ordinatos eſſe ſacerdotes. Legitur etiam Iacobus Alfei Hieroſolymis Epiſcopus ordinatus, & Paulus Thimothæum ordinaſſe Epiſcopum. Paulus etiam in epiſtola ad Corinthios ait, Deum in Eccleſia ordinaſſe quoſdam Prophetas, quoſdam doctores, quoſdam ſacerdotes, quid ergo abſurdius quam Eccleſiaſticum deſtruere ordinem, quem inſtituerunt ſancti patres, & mater Eccleſia tanta veneratione celebrat? Credendum eſt magis ſimplicibus & idiotis, immò à fide Catholica alienis, quàm viris prudẽtibus & religioſis, quaſi rationabilius eſt quam illos eſſe prçditos quadam ſpeciali dignitate qui conficiunt ſacramentum Euchariſtię: nonne Apoſtolis & Apoſtolorum vicarijs hanc Chriſtus contulit dignitatem quàm vicarijs Apoſtolorum in ipſa conſecratione cõfertur.

Opinio hæreticorum qui dicunt extremam vnctionem non esse sacramentum.

DIcvnt etiam prædicti hæretici, extremam olei vnctionem, quæ datur infirmis, nec esse sacramentum, nec aliquem habere effectum. Quia hoc sacramentum vnctionis infirmorum ab Apostolis institutum non legitur.

Solutio ad prædicta quod sacramentum extremæ vnctionis institutum fuit ab Apostolis.

AD hæc dicimus, quod sacramentum vnctionis infirmorum, ab Apostolis institutum legitur, ait enim Iacobus Apostolus, infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesię, & orent super eum, vngentes eum oleo, in nomine domini, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. In quo ostendit duplici ex causa sacramentum hoc institutum fuisse ad peccatorum remissionem, & ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Vnde

constat eum qui hanc vnctionem deuotè susceperit, & in corpore, & in anima alleuiari. Si tamen expediat vt in vtroque alleuietur. Quod si corporis valetudinem forte illi habere non expedit, illam, quę animę est, sanitatem in hoc sacramento acquirit.

Opinio quorundam hæreticorum qui dicunt quod locus materialis non dicitur Ecclesia.

SIMILITER aliis sacramentis derogãtes, dicunt locum materialem non esse Ecclesiam, sed conuentum fidelium. Dicunt enim quod locus ad orationem non pertinet, quia sicut vbique est Deus, ita vbique orari vel adorari potest. Quod nituntur probare auctoritate Christi, qui ait Samaritanę, Veniet tempus quod neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Veri enim adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Item si locus facit adorationem, cur heremitę antiquitus in abditis locis habitantes, Ecclesias non habebant? Cur etiam sacramenta Ecclesiastica effectum suum habeant? & si non celebrantur, in loco qui dici-

tur Ecclesia: Item quid operantur parietes ad supplicandum illi, qui vbique est, cum in illo loco non magis sit quàm in alio, vel in aliis? Christum etiam in montibus & desertis locis orasse legimus, non in loco orationi dedicato, vel in templo. Item est ne fructuosior oratio quæ fit in templo, quàm illa quæ fit in agro, si par fuerit deuotio.

Infirmatio prædictorum ad quid sit institutus locus qui dicitur Ecclesia, & quare quædam horæ specialiter orationi sunt deputatæ.

DICIMVS quod locus non est de substantia orationis, sed de circunstantia. Duo verò sunt de substantia, intentio bona & finis debitus, ad hæc enim vt oratio meritoria sit, oportet vt bona intentione oret, piè scilicet & perseueranter, & fine debito, id est pro salute æterna fiat ipsa oratio. Vnde Christus ait, veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. In spiritu, id est in bona intentione, & veritate, id est prosperitate, id est pro æterno bonò

quod vere verum est, quia immutabile. Locus autem de substãtia orationis non est, sed tamen ad orandum institutum est, vt ratione loci ad hoc destinati ad orandum excitetur humana deuotio: est enim institutus ad significandum, quia templum materiale significat templum spirituale, quod est Ecclesia. De quo templo dicit Apostolus, Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Similiter tempus non est de substantia orationis, quia qualibet hora potest orari Deus. Sunt tamen quædam horæ specialiter ad orandum deputatæ, & non sine ratione. Vt in Ecclesia hora noctis, quia tali hora captus est Christus, vnde Dauid, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Prima hora diei specialiter est deputata ad orandum, quia hac hora Christus à Iudęis Pilato traditus est, eadem etiam hora à mortuis resurrexit, eadem hora Mariæ Magdalenæ apparuit, Similiter tertia hora ad orandum deputata, quia ea hora Christus linguis Iudęorum crucifixus est, & flagellatus. Eademque quoque hora spiritus sanctus in die Pentecostes Apostolis datus fuit. Similiter sexta hora, qua Christus crucifixus est, eadem

dem hora in die Aſcenſionis cum diſcipulis diſcubuit. Similiter nona hora, quia ea clamans emiſit ſpiritum, & ſanguis de latere fluxit. In veſpera de cruce depoſitus fuit. Eadem hora in die Aſcenſionis cum diſcipulis ſuis diſcubuit. Eadem hora ipſa die reſurrectionis à duobus diſcipulis euntibus in Emaus, in fractione panis cognitus fuit. In completorio pro diſcipulis ſuis patrem orauit. Eadem hora in ſepulchro poſitus fuit. Propter has rationes prędictæ horæ orationi ſpecialiter ſunt deputatæ. Quod de heremitis obijciunt non valet, quia nec locus de ſubſtantia orationis eſt, & ipſi heremitę cauſa humilitatis & ſolitudinis in abditis locis habitabant. Ex prędictiſque tertiæ ſolutio quęſtionis. Chriſtus autem ideo orauit in locis deſertis, vt per hoc inſinuaret, quod homo à tumultu ſęcularium cogitationum debet excludere animum quando orat Deum. Vnde ipſe Chriſtus ait, cùm oraueris intra in cubiculum & clauſo oſtio ora patrem tuum qui in cœlis eſt. Ideo etiam in deſertis locis orauit, vt per hoc inſinuaret, quod vbique poteſt orari Deus. Dicimus etiam quod ſola deuotio operatur

ad meritum orationis, locus tamen excitat ardorem deuotionis.

Quibus auctoritatibus probatur, quod locus materialis dicatur Ecclesia.

QVOD autem locus materialis dicatur domus Dei, ad quam conueniunt fideles, ad adorandum variis probatur auctoritatibus. Legitur in Luca, quod dominus ingressus in templum, cœpit eijcere ementes & vendentes in illo, & quod ipse ait illis, Scriptum est, quia domus mea, domus orationis vocabitur. Item dicit Matthęus, & idem in Ioanne legitur. Afferte ista hinc, & nolite facere de domo patris mei, domum negociationis. Item Paulus ad Timotheum; vt sciatis quomodo oporteat conuersari in domo domini, quæ est Ecclesia Dei viui. Item in eadem ad Corinthios. Primum quidem conuenientibus vobis in Ecclesia, audio scissuras esse. Item in consequentibus ait. Nunquid non habetis domos ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis? Sciendum ergo quod Eccle-

ſia dicitur locus materialis, & Eccleſia conuentus fidelium. Sicut & Hieruſalem dicta eſt ciuitas, de qua dictum eſt Aſcendit Ieſus in Hieruſalem, & cõuentus populi qui erant in Hieruſalem, vnde in eum. Hieruſalẽ, Hieruſalemque occidis prophetas & lapidas eos qui à te miſſi ſunt: non enim hoc intelligi poteſt de lignea vel lapidea, ſed de turba: ſicut & forum dicitur locus in quo venduntur res venales, & populus exiſtens in foro. Item queratur ab illis, vtrum aliquas vel nullas fieri concedunt Eccleſias, ſi dicunt nullas, Apoſtolis obuiare videntur qui Eccleſias fabricaſſe leguntur.

Quibus auctoritatibus & rationibus muniti hæretici dicunt, quod orationes ſanctorum non proſunt viuis, & quod ſancti non orant pro viuis, & quod orationes viuorum non proſunt mortuis, & quod orationes viuorum non proſunt viuis.

DICVNT etiam hæretici orationes ſanctorum non prodeſſe viuis: nec orationes viuorum prodeſſe mortuis,

immo probant quod ſancti non orant pro viuis, quia ſancti ſciunt qui ſaluandi ſunt & qui damnādi: pro illis quos ſciunt ſaluandos non orant, quia ſuperflua videtur oratio, quia ſiue orent ſiue non orent ſaluabuntur: ſi vero orent pro damnandis non exequuntur quod petunt, & ita beati non ſunt, quia beatus eſt cui omnia optata ſuccedũt. Item quilibet iudicabitur ſecundum opera ſua, & proprijs meritis reddetur ei, non pro alienis. Et ideo orationes ſanctorum non proſunt, vel quantum ad meritum, vel quantum ad præmium; quia non augent merita vel præmia. Item ſancti non ſunt in loco merendi, ſed recipiendi, ergo nec orationibus, nec alijs bonis merentur ſibi, vel alijs. Item in Euangelio Lucę legitur, quod Abraham dixit ad animam diuitis quæ erat in inferno: magnum cahos firmatum eſt, inter nos & vos: ibi cahos nihil aliud vocauit, niſi diſſimilitudinem bonorum & malorum, tantam vt etiam ſancti damnatis non compatiantur.

Prædictorum determinatio, quod sancti orant pro viuis, & quod orationes viuorum prosunt mortuis.

AD prædicta dicimus, quod viui orant pro mortuis, & mortuis prodest: etiam animæ mortuorum vt precentur palam pro viuis, & eis prodest, & viui pro viuis, & orationes viuorum prosunt viuis. Nisi etiam sancti orarent qui sunt in paradiso, pro nobis, frustratoria esset quotidiana Ecclesiæ oratio, quæ funditur ad sanctos vt orent pro nobis: non haberent locum letaniæ, quis autem dicere audet Ecclesiam in his decipi, & suis orationibus frustrari, cùm vnusquisque homo habeat angelum sibi deputatum ad custodiam? nonne verum est angelos velle eorum salutem & interpellare pro eis: ideo ne etiam Paulus prædicat Christum pro nobis interpellare apud patrem & si caput interpellat, nonne & membra, id est sancti? Auctoritas etiam alia dicit quod angeli repræsentant orationes nostras Deo. Quid est angelos no-

ſtras orationes Deo repreſentare, niſi pro nobis orare? & noſtras orationes ei offerre, vt noſtri miſereatur: de anima ètiam diuitis legitur, quod orauit pro fratribus ſuis viuis, ne venirent in locum tormentorum. Si illi ergo, qui in inferno damnatus eſt & malitia deprauatus orauit pro ſalute ſuorum multo magis ſancti, qui pręditi miſericordia orant pro ſalute viuorum, nonne ipſi compatiuntur miſerię viuorum: ſi in illis eſt compaſſio, ergo voluntas ſalus eorum, & ſi volunt eorum ſalutem videntur pro eis orare. Prętereà dicimus quod ſancti hic viuorum ſalutem vel damnationem neſciunt, quia hoc nullus ſcit, niſi Deus, ſicut neć diem iudicij. Et quia neſciunt ſalutem, vel damnationem viuorum, & proniores ſunt ad bonum quàm ad malum, magis flectuntur ad deprecandum. Et ſic ſancti volunt ſalutem viuorum: eadem ratione tenentur orare pro eis. Sed illa auctoritas Gregorij, quæ ait, quid non vident qui videntem omnia vident, huic opinioni obuiare videtur. Sed huius auctoritatis ſenſus eſt: quid non vident ſubaudi de his quæ pertinent ad eorum ſalutem, non quod ſciant omnia, ſed ea

quæ ſcire eſt de eorum ſalute. Vt ſit accommoda vniuerſis, non vaga. Sed item obijciunt hæretici, ſi ſancti orant pro ſalute viuentium qui damnandi ſunt, non aſſequuntur quod petunt, & ita beati non ſunt, quia beatus eſt cui omnia optata ſuccedunt. Ad quod dicimus quod quamuis non aſſequantur omnia quæ pro his petunt, & volunt, non tamen minus beati ſunt, ſic enim intelligendum eſt quod dicitur, beatus cui omnia optata ſuccedunt, non alij. Si autem ſcirent dānationem alicuius, non pro eo orarent vnde illi qui ſunt in patria, pro ijs qui ſunt in gehenna non orant, quorum damnatio æterna eſt. Et quamuis vnuſquiſque iudicabitur ſecundum propria merita, tamen orationes ſanctorum proſunt viuentibus, vt eis infundatur gratia, remiſſionis peccatorum, & iuſtificentur: & ſic ſua iuſtitia mereantur. Si enim in vita aliquis poteſt mereri alteri primam gratiam, vel maiorem gratiam, quia & hoc meruerunt ſancti in via: vt viantibus prodeſſent orationes eorum exiſtentium in patria. Et Deus ab æterno præuidit, vt quibuſdam orationes conferunt ad peccati remiſſionem: vel ad gratię multipli-

cationem vel ad commoda corporis vel animę conferenda. Et quamuis sancti non mereantur sibi in patria tamen possunt mereri alijs, licet modo non mereantur alijs? sed hoc meruerunt in via vt orationes eorum existentium in patria eis prodesset. Quod autem Abraham legitur dixisse, quod cahos magnum & cętera, sic intelligendum est, Sancti non compatiuntur illis qui sunt in inferno, quia eorum æterna est damnatio: illis autem compatiuntur qui habent ad vtrumque non illis qui in ęterna dānatione sunt: viuorum etiam orationes alijs prosunt, vnde in Actibus Apostolorum legitur, quod Petrus oratione sua sanauit paralyticum, & Thabitam suscitauit à mortuis: & Iacobus Apostol. ait, quod multum valet depræcatio iusti assidua. Christus etiam ait Petro, Oraui pro te ne deficeret fides tua. Ecclesia etiam pro schismaticis & hæreticis orat, vt Deus conuertat eos ad pœnitentiam, & nisi crederet orationem suam prodesse, non oraret Deum pro illis. Christus etiam pro persecutoribus suis orauit. Stephanus pro suis lapidatoribus intercessit: quorum multi postea ad fidem conuersi sunt.

Manifestum est etiam quod orationes viuorum prosunt mortuis, Cum tota Ecclesia Dei pro defunctis orat: vel vt tolerabilior sit damnatio vel citior liberatio. Si sancti habent potestatem vt suscitent mortuos, orationibus suis, multo magis videntur habere potestatem subueniendi mortuis, vt citius liberentur, à purgatorio: hoc autem clamant omnes auctoritates sanctorum quibus contraire irreligiosum est. Augustinum videlicet, & alios mendaces fuisse asserendo. Et si auctoritas libri Machabęorum reciperent apertam auctoritatem, ibi inuenirent super hoc quod dicimus. Vbi dicitur vir fortissimus Iuda collatione facta duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam. Sancti etiam nonne possunt hoc mereri operibus bonis apud Deum, vt orationibus, & alijs subueniant animabus amicorum suorum.

Opinio hæreticorum, qui dicunt quod non debemus carnes comedere.

ASSERVNT prædicti Christianæ fidei inimici, carnibus non esse

vtendum, & mortale peccatum esse vesci carnibus & asserere conantur multiplici ratione. Legitur Deum maledixisse terræ, & in maledictione terræ, maledixisse animalibus quæ viuunt de terra, & ideo his quibus maledixit Deus vtendum non est. Præterea caro præbet fomentum luxurię, & ideo carnibus carendum est, quia ab omnibus quę præbent incrementa peccati abstinendum est. Prꝙterea non legitur Christum carnes comedisse, qui ideo non comedit vt nobis exemplum abstinendi à carnibus præberet, & ita ab eis cauendum insinuaret. Sancti etiam leguntur abstinuisse à carne aliqua. Ergo ratio est, quia abstinendum est à carnibus.

Præmissorum determinatio, quod non est malum comedere carnes.

AD hæc dicendum est, quod non ideo abstinendum est à carnibus, quod terræ maledixit Deus, quia simili ratione abstinendum esset à fructibus. Terra enim maledici nihil aliud fuit, quam eam sterilitati subijci, ea enim quæ ante peccatum Adæ vberrimè fertilis

erat, ad omnes fructus faciendos, poſt peccatum & pro peccato ſterilitate damnata eſt, nec ideo damnata eſt caro, vt ea non ſit licitum vti, quamuis propter peccatum Adæ ſit infirmata. Ita quamuis ex traduce producatur caro ex carne mediante luxuriæ principatu, non tam immunda eſt, quantum ad eſum qui & prohibet ad comedendum. Si concepta eſt per peccatum, quæ immunditia eſt in carne, vt prohibeatur à commeſtione. Nihil apud Deum reputatur immundum niſi ratione peccati. Cùm ergo caro animalis nec peccato ſit ſubiecta, nec peccatis, Quare prohibetur ab eſu hominis. Bonum dicimus à carnibus abſtinere, non quia ſint malæ, ſed quia concupiſcentię carnali præbēt fomenta, non tamen malum eſt comedere, quia vt ait Apoſtolus, omnia licent, ſed non omnia expediunt. Hic de eſu carnis intellectus: Et quamuis Chriſtus non legatur comediſſe carnem, verum tamen non eſt, non comediſſe. Multa enim fecit Chriſtus quæ ſcripta non ſunt. Chriſtus autem comedit agnum Paſchale cum diſcipulis ſuis, non eſt dubium cum in Euangelio legatur, vbi vis

vt paremus tibi comedere Paſcha? Ibi per Paſcha agnus Paſchalis intelligitur. Sancti autem à carnibus abſtinuerunt, non quia caro mala, vel malum eſſet, ſed ne eis fomentum concupiſcentiæ præberet.

Quibus auctoritatibus & rationibus probatur, quod non tenemur abſtinere à cibis quos Deus creauit.

ISTI errori multis auctoritatibus & rationibus obuiare poſſumus. Probatum eſt ſuperius omnia creata à Deo eſſe, ſed nihil quod à Deo creatum eſt, immundum eſt: ergo nec caro immunda eſt. Ergo propter immunditiam carnis à carnibus abſtinendum non eſt. Item qua ratione dicunt abſtinendum à carnibus, & non abouis cùm oua magis præbeant fomentum luxuriæ quàm carnes. A ſimili quare non abſtinent ſe à piſcibus qui etiam quædam ſeminatiua ratione naſcũtur, cum delicati etiam piſces excitent luxuriam: quare etiam vtuntur leguminibus, & fabis & piſis, quæ magis ventuoſitatem faciunt. Pręterea in Actis Apoſtolorum legitur, dictum eſſe Petro,

Quod Deus creauit, immundum ne dixeris. Apoſtolus etiam reprehendit hęreticos illos qui iubent abſtinere à cibis quos Deus creauit. Dominus etiam mittens diſcipulos ad prędicandnm ait, In quamcumque domum intraueritis, manete edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt: dominus etiam paſchalem agnum comedit, id eſt Paſcha: vt oſtenſum eſt: vndé in Euangelio, Ite in ciuitatem ad quendam & dicite ei: Magiſter dicit, tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. Item Chriſtus, Omne quod in os intrat non coinquinat hominem. Ergo nec caro. Item Apoſtolus, Omne quod de macello venit manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Item omnis creatura Dei bona, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificata enim per verbum Dei ad orationem. Dicunt tamen hæretici quod Apoſtolus prohibet comedere carnes & bibere vinum. Inducent illam auctoritatem, bonum eſt homini non comedere carnem, nec bibere vinum. Sed Apoſtolus hic non prohibet abſtinere

ab esu carnis, vel vini, sed dat consilium, hoc contra prædictos hęreticos dicta sufficiant. Nunc ad illos qui Valdenses dicuntur stylum vertamus.

Finis Libri primi.



LIBER SECVNDVS, editus contra hæreticos qui Valdenſes dicuntur.

Quibus auctoritatibus & rationibus probatur, quod nullus debet prædicare, niſi ſit à maiori Prælato miſſus.



VIDAM hæretici, qui ſe iuſtos eſſe fingunt, cùm ſint lupi veſte agnina induti, de quibus dominus dicit: Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos, &c. Qui Valdenſes dicuntur à ſuo hæreſiarcha, qui Valdius dicebatur, qui ſuo ſpiritu ductus, non à Deo miſſus nouam ſectam inuenit, vt ſine alicuius Prælati auctoritate, ſine diui-

na inſpiratione, ſine conſcientia, ſine litera prædicare præſumeret, ſine ratione Philoſophus, ſine viſione Propheta, ſine miſſione Apoſtolus, ſine inſtructione didaſcalus, quorum diſcipuli, id eſt muſcipulæ iàm per diuerſas mundi partes, ſimplices ſeducunt à via: à vero auertunt non ad viam conuertunt, qui potius vt ſatientur ventre, quàm mente aliis prædicare prȩſumunt. Et cùm nolint propriis manibus laborare, vnde acquirant victum, malunt otioſe viuere, & ſimilia prædicare vt venentur cibum, cum dicat Apoſtolus, qui non laborat non manducet. Qui primo in hoc nauigant contra diuinam auctoritatem, & contra ſacræ ſcripturȩ præconia, quod prædicant non miſſi, quia nec à ſuperiori Prȩlato mittuntur, nec à Deo miſſi eſſe creduntur, cùm opera eorum hoc probent, nec miracula comprobent. Miſſio enim à Deo facta, & bonis operibus probatur & miraculis comprobatur. Non enim legimus aliquos miſſos à Deo, nec illos quorum miſſionem approbant opera, & oſtendebant miracula. Nec legimus aliquem ſanctum prȩdicaſſe niſi miſſum. Chriſtus etiam à patre

tre missus est: nec venit ad prædicandum nisi secundum beneplacita patris. Hoc idem patet in Prophetis & Apostolis, & eorum Vicariis. Legimus Ioannem esse missum à Deo, & ad Hieremiam ait dominus, priusquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua sanctificaui te, & Prophetam in gentibus dedi te. Amos etiam dicit se esse missum à Deo, cùm esset pastor ouium, & spiritus sanctus introducitur in Malachia ad patrem ita loquens de Ioanne Baptista. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Isaias etiam legitur missus à Deo, & quid irem per singula? Omnes Prophetas veteris testamenti à Deo missos esse legitur. Similiter & discipuli Christi dicti sunt Apostoli, quasi super alios & alios missos missi, similiter & eorum vicarij missi sunt. Per hoc etiam quod Christus misit Apostolos & alios ad prædicandum, signatum est quod minores in Ecclesia Dei prædicare non debent, nisi à maioribus mittantur, & vt in Ecclesia Dei distribuantur ordines auctoritate maioris etiam & officia prædicandi. Cùm istud sit maximum officium in Ecclesia Dei, & sicut nullus promo-

ueri debet ad ſacerdotium in hoc modo quo Aaron, vt ſibi non vſurpet. Sic nec aliqui ad officium prædicatoris ſua au-ctoritate accedere debet. Vnde Chore quia cum ſociis ſuis alienum officium vſurpauit, in igni periit. Rex etiam Ozias, quia officium ſacrificandi ſibi vſurpauit, lepra percuſſus eſt. Similiter lepra ſpirituali, id eſt peccato percutitur ille à quo prædicatoris officium vſurpa-tur. Apoſtolus etiam ait quomodo præ-dicabunt niſi mittantur? In epiſtola etiam ad Corinthios pſeudoprædicato-res reprehendit, quia miſſi non erant, ſed ſua auctoritate prædicabant. Quo-modo etiam prædicant qui litteras neſ-ciunt? qui ſacramentum ſcripturæ non intelligunt? nonne eorum prędicatio po-tius in ruinam multorum quam in re-ſurrectionem. Quomodo literas noue-runt, qui non didicerunt? Videmus enim ſanctiores eis nõ prędicare qui etiã intel-lectum habent ſacrę ſcripturæ, vt mul-tos Ciſtercienſes, quia miſſi non ſunt. Si ſapientibus & ſanctis eſt periculum præ-dicare, periculoſiſſimum eſt ergo idio-tis, qui neſciunt quid prædicare debent, quibus prędicandum, quomodo prædi-

candum, quando prædicandum, vbi prædicandum. Ipsi etiam cõtra Apostolum in hoc præsumunt, quia mulierculas secum ducunt, & in conuentu fidelium prædicare faciunt: cùm dicat Apostolus, mulieres in Ecclesia taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse sicut & lex dicit, si quid autem volunt discere viros suos domi interrogent. Turpe enim est mulierem in Ecclesia loqui. De his hereticis ait Apostolus in epistola ad Timotheum, hoc autem scito quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes cupidi, elati, superbi, blasphemantes, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, timidi, voluptatum amatores magis quàm Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes & hos deuita: ex his enim sunt qui penetrant domos & captiuas ducunt mulierculas. Quæ ducuntur varijs desiderijs semper discentes & numquam ad veritatis scientiam peruenientes. *Hæc omnia maxime conueniunt Val-*

densibus qui elati sunt, prælatis Ecclesiæ detrahentes: superbi, propria opera iactantes, blasphemi in Deum per hæreses, parentibus spiritualibus inobedientes, quia negant obedientiam prælatis suis: scelesti quia suas animas, & alias prauis dogmatibus interficiunt: sine affectione animæ, sine pace, alios inquietantes, criminatores, quia alijs crimina imponunt. Incontinentes, quia quamuis se fingunt castos & continentes, tamen in conciliabulis suis gulæ indulgent & luxuriæ intendunt, vt testantur illi qui à consortijs eorum recedunt: proditores quia secreta aliorum reuelant: tumidi de falsa religione, speciem quidem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes, quia exterius prætendunt religionem, interius autem sunt lupi rapaces. Isti sunt qui penetrant domos viduarum, qui latentes domos intrant mulierculiarum & eas decipiunt: hj sunt qui semper laborant in gymnasijs suis

vt addiſcant, & numquam ad ſcientiam venient veritatis.

Quibus auctoritatibus & rationibus muniti Valdenſes dicunt neminem debere obedire alicui niſi Deo.

ISTI Valdenſes aſſerũt neminem debere obedire alicui niſi Deo, freti auctoritate quæ eſt in Actis Apoſtolorum, vbi introducitur Petrus & Ioannes loquentes ad Scribas & Phariſæos in hunc modum. Vos ipſi iudicate an potius obediendum ſit Deo præcipienti, an vobis prohibentibus? Dicunt etiam & ſi homini obediendum eſt, propter Deum ei obediendum eſt, & non propter hominem, & ita ſoli Deo obediendum eſt. Præterea ſi homini obediret in his quibus obediendum non eſt, peccaret quia Deo obediens non eſt. Samuel etiam ait ad Saül, ſpecies ariolandi eſt nolle obedire. Species ariolandi eſt quodammodo Deum negare per inobedientiam, ſed nolle obedire homini, non eſt ariolari ſed Deo nolle obedire. Ergo obediendum eſt Deo, & non homini. Quia per

hoc quod non obedimus homini non ariolamur, ſed per hoc quod negamus obedientiam.

Solutio præmiſſorum, quod Deo & homini obediendum eſt.

HIs reſpondendum eſt quod Deo & homini obediendum eſt, ſed Deo magis quàm homini. Homini tamen quia poteſtas à Deo ſuper homines ordinata eſt. Vnde Chriſtus ad Pilatum, non haberes in me poteſtatem niſi tibi eſſet datum de ſuper. Ergo ſi Pilatus qui ab Imperatore Romano poteſtatem terrenam habuerat, eam ſuper Chriſtum habebat, multo magis & alius homo ſuper alios homines. Chriſtus etiam patri putatiuo & matri obediens fuit. Petrus autem & Ioannes per hoc quod dicunt potius eſſe obediendum Deo præcipienti, quàm hominibus: Per hoc non negant homini eſſe obediendum, ſed inſinuant Deo potius obediendum quàm homini. Homini tamen non eſt obediendum in malis, ſed in bonis: Et in hoc quod obedit quis homini in bono obedit Deo. Quod autem Samuel, ait, quod ſpecies

ariolandi eſt nolle obedire, intelligitur in illo caſu, in quo ex præcepto diuino vel inſpiratione diuina, aliquis aliquid alicui iniungit, ſicut Samuel ex inſpiratione diuina vel præcepto diuino iniunxerat Sauli vt expectaret eum. In eo autem quod non expectauit fuit Deo inobediens, non tamen homini, & hic inobedientia quodam modo ſpecies ariolandi fuit.

Quibus auctoritatibus probatur, quod hominibus & magnis Prælatis obediendum eſt.

QVOD autem hominibus maxime Prælatis obediendum ſit, manifeſte oſtendit Paulus in epiſtola ad Romanos dicens. Omnis anima poteſtatibus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à Deo: Quæ autem ſunt à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Ideo enim contributas, miniſtri enim Dei ſunt in hoc & ipſi ſeruientes Petrus etiam, in eadem Canonica ait. Obediendum eſſe dominis ſuis, non ſolum modeſtis, ſed etiam diſcolis. Angeli etiam ſibi inuicem obe-

diunt. Minores intellectus maioribus vt testatur Dionysius in Hierarchia. Bruta etiam animalia sibi inuicem obediunt, quod etiam in minimis animalibus, id est in auibus manifestum est. Potestates ergo & sæculares & Ecclesiasticæ, ita sunt ordinatæ à Deo, vt superiores inferiores regant, vt & gratiam consequantur subditi si benè agant: vel si male operantur pœnam sustineant. Patet ergo subditos suis Prælatis debere obedire: Siue boni sint, siue mali, in bonis tamen, non in malis. Quia obedientia est animi deliberantis honestæ & iustæ iussionis effectus, quia in his debemus obedire Prælatis, quæ iustè deliberant & iustè imperant. Sunt autem quædam sine quibus non est salus, vt adimpletiones præceptorum moralium in quibus omnino tenemur obedire prælatis. Sunt quædam cum quibus non est salus, vt mortalia peccata in quibus agendis nulli obedire tenemur. Sunt autem quædam media, cum quibus est salus, & sine quibus est salus, vt carnes comedere, vel non comedere. Laico autem prædicare periculosum non est, prędicare autem periculosum, quia non intelligitur quod

dicit nec ſcripturas intelligit, quas exponere promiſit. Ergo ſi prẹlatus ei iniungit vt taceat, tacere tenetur, & ſi non tacet mortaliter peccat: vnde ſi ſub pœna excommunicationis ei prohibet prædicare, ille vero prædicat ſententiæ excommunicationis ſubiacet: vnde iſti Valdenſes qui ſub pœna excommunicationis, & contra præceptum domini Papæ, immo contra totam Eccleſiam prędicant, quibus iniunctum eſt à domino Papa non prædicare, ſententię excommunicationis ſubiacent. In Concilio etiam Lateranenſi in eos ſentẽtia excommunicationis lata eſt: vnde eis etiam communicandum non eſt, cùm ſententia apoſtolica ab Eccleſia præciſi ſunt. Ideo autem excommunicati ſunt, quia officium quod ad eos non pertinet, vſurpant contra fidem: quidam prædicant Eccleſiæ verbis & factis derogant, & os in cœlum ponunt, cui curiæ id detrahunt, quia inſtar ſacrilegij eſt, de facto ſummi põtificis diſputare. Quibus etiam magis credendum eſt an idiotis: an Eccleſiæ ſapientibus vniuerſis. Si ergo in hjs quæ non ſunt periculoſa ſed indiferentia, vt abſtinere à carnibus vel à vino in caſu

obedimus maioribus & Prælatis Ecclesiæ, multo magis prædicti haberetur ratio Ecclesiæ obedire, in hjs quæ periculosum est facere, cum sententia prelati attestante Gregorio, siue sit iusta siue non, non solum timenda, sed tenenda est.

Opinio illorum hæreticorum qui dicunt quod tantum bonis prælatis obediendum est.

FORTE dicunt quidam hæretici, quod bonis Prælatis obediendum est, & his qui Apostolorum Vicarij sunt, vita & officio. Dicunt enim quod qui Apostolorum vitam non habent, nec officium eorum retinent, mercenarij sunt, non pastores.

Solutio prædictorum, quod omnibus Prælatis obedire debemus.

PRÆDICTIS hæreticis obuiat beatus Clemens dicens. Sacerdotes, & reliqui, Ecclesiæ ministri, omnisque plebs Episcopos suos diligere debet, eórumque præceptis obedire, etiamsi ipsi

aliter agant, quod absit nisi in fide errauerint. Item Eusebius Papa, Oues quæ suo pastori commissæ sunt, eum nec reprehendere nisi à fide exorbitauerit. Nec vllatenus attrectare possunt, quia pastoris gladio oues feriendæ non sunt.

Quibus auctoritatibus probant hæretici, quod illis Prælatis tantum obedire debemus, qui vitam Apostolorum & doctrinam ducunt.

QVOD autem illis solis potestas ligandi & soluendi data sit, qui doctrinam simul & vitam Apostoli seruant, variis conantur auctoritatibus probare. Ait Augustinus in libro de baptismo, remissionem peccatorum aut per se ipsum facit Deus, aut per columbæ membra. Dicit etiam idem Augustinus peccata dimitti vllatenus à sanctis. Item super Exodo, vbi de aurea lamina loquitur. Erat enim lamina aurea semper in fronte sacerdotis, hoc inquit significat fiduciam bonæ vitæ, quam qui vere perfectéque, non significatione, sed veritate sacerdos habet, solus potest peccata

auferre. Item Gregorius illi soli habent in hac causa positi ligandi & soluendi potestatem, sicut sancti Apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Item ex dictis Gregorij: Hæc soli Petro potestas concessa est, & imitatoribus Petri, nam quicunque Petri vestigia imitantur, habent hanc recte ligandi & soluendi potestatem. In Malachia etiam legitur, maledicam benedictionibus vestris: Et alibi, vę illis qui viuificant animas, quæ non viuunt, & mortificant animas quæ non moriuntur: Si enim maledicit dominus benedictionibus eorum, & si animæ quas viuificant non viuunt, quomodo per eos gratia benedictionis transfundetur?

Præmissorum determinatio, quod omnes sacerdotes habent ligandi & soluendi potestatem.

AD hoc dicimus, quod omnes sacerdotes habent potestatem ligandi & soluendi, sed illos solos dignè ac rectè hac potestate vti, qui præditi sunt vita & doctrina Apostolica, & ad hoc referemus prædictas auctoritates, quæ

dicunt iniuſtos ſacerdotes, nec ligare, nec ſoluere, id eſt nec dignè, nec rectè fit tantum, per illos etiam qui ſancti non ſunt, retentio vel remiſſio peccatorum, dat enim Deus benedictiones dignè pœnitenti, & per indignum miniſtrum. Idem autem legitur in Malachia, ſic intelligi poteſt, Benedictiones veſtræ, id eſt ijs quæ in eis benedictionibus poſſidetis, quia faciam ea vobis cedere in maledictionem non in benedictionem, quia & ſi benedicunt ſanctis, non hoc faciunt vero corde, & ideo eorum benedictio eis vertitur in maledictionem, vel maledictio in benedictionem. n. 1. 1. quod à vobis benedicitur à me erit benedictum, quia benedicent iniqua agentibus adulanturque peccantibus, dummodo diuites ſint.

Quibus auctoritatibus probatur, quod omnes ſacerdotes ligandi & ſoluendi poteſtatem habent.

QVOD omnes ſacerdotes ligandi & ſoluendi habeant poteſtatem, teſtatur Hieronymus, ſuper illum locum Euangelij, vbi dominus ait Petro, Tibi

dabo claues regni cœlorum. Habent, inquit, eandem potestatem iudicandi, alij Apostoli, habet & omnis Ecclesia in Episcopis & Presbyteris, sed ideo eam potestatem specialiter accepit, vt omnes intelligant, quod quicunque ab vnitate fidei & societate Ecclesiæ se separauerit, nec à peccatis absolui, nec cœlum potest ingredi. Item quod sacerdos etiam malus sit, gratiam tamen transfundat pro suæ dignitatis officio, Augustinus ostendit dicens: dictum est à domino in Numeris ad Moysem & Aaron. Sacerdotes vos ponite nomen meum super Israël. Ego dominus benedicam eos: vt gratiam per ministrum ordinati transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotis obesse vel prodesse, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas sacerdotalis officij & ordinis, hinc aduertimus, Augustinus dicit in libro quæstionum veteris & noui Testamenti, dictum est de nequissimo Caipha inter cætera: hoc autem à semetipso non dixit, sed cùm esset pontifex anni illius Prophetauit, per quod ostenditur spiritum gratiarum non partem sequi indigni vel digni, sed ordinem traditionis, vt

quamuis aliquis boni meriti ſit, non tamen poſſit benedicere, niſi fuerit ordinatus, vt officium miniſtri exhibeant, Dei autem eſt effectum tribuere benedictionis.

Opinio illorum qui dicunt, quod officium vel ordo nihil confert ad conſecrandum, vel benedicendum, ad ligandum, & ſoluendum.

DICVNT etiam prædicti hoſtes noſtræ fidei Catholicæ, quod magis operatur meritum ad conſecrandum, vel ad benedicendum vel ad ligandum, vel ſoluendum, quàm ordo vel officium, vnde ipſi quamuis ordinati non ſint, quia ſe iuſtos eſſe fingunt, & merita Apoſtolorum habere præſumunt, benedicere modo ſacerdotali. Dicunt etiam ſe poſſe cõſecrare, ligare & ſoluere, quia meritum dat poteſtatem, nõ officium: & ideo qui ſe dicũt Apoſtolorum Vicarios, per merita debent habere eorum officia In quo maxime contra Eccleſiam nauigant & ſe habere eſſe demõſtrant, iſtum autem errorem auctoritatis euentu munire qui ait.

Sacerdotes non propria virtute benedicunt, sed quia figuram Christi gerunt & propter eum qui in ipsis est benedictionis plenitudinem tribuunt, nec solum ijs qui sacerdotium sortitus est, sed quicunque Christum in se ipso habet, & eius figuram gerit per conuersationem bonam, sicut Moyses idoneus est vbi benedictionem præstet. Ecce hic Iesus quod non solum sacerdos, sed omnis in quo Christus habitat benedictionem præstat.

Determinatio præmissorum, quod sacerdotes quibus Christus inhabitat, plenitudinem benedictionis tribuere dicuntur.

PRÆDICTIS respondentes dicimus, quod alia est benedictio, quæ congruit solis sacerdotibus, alia quæ ab omnibus communiter exhibetur. Denique illi sacerdotes, in quibus Christus inhabitat benedictionis plenitudinem tribuere dicunt. Non quia soli illi licitè & dignè id agunt. Nec subditos mala vita sacerdotis lædat, si bona faciunt quæ ille

le dicit: multi dum plus vitam ſacerdotum quàm ſuam diſcutiunt, in erroris foueam incidunt, minus conſiderantes, quod non eos vita ſacerdotum læderet, ſi humiliter bonis ſacerdotum admonitionibus aurem adhiberent.

Infirmatio illorum qui dicunt, quòd non tenetur quis ſacerdoti confiteri ſi præſto ſit laicus.

PRÆDICTI etiam dicunt, quod non eſt nocere hominem peccata ſua cōfiteri ſacerdotibus, ſi præſto ſit laicus, cui poſſit peccata confiteri. Sed quòd requirendum ſit examen ſacerdoti, cui conceſſit Deus poteſtatem ligandi & ſoluendi, oſtendit Auguſtinus in libro de pœnitentia dicens, qui vult confiteri peccata vt inueniat gratiam quærat ſacerdotem, qui ſciat ligare & ſoluere. Item iudicet ſe ipſum homo voluntate dum poteſt, & mores conuertat in melius: veniat ad antiſtites per quos illi claues in Eccleſia miniſtrantur, à præpoſitis ſacerdotum accipiat ſatisfactionis ſuę modum. Item Leo: multiplex miſericordia Dei ita lapſibus humanis ſubuenit vbi

non modo per baptiſmum, ſed etiam per pœnitentiam ſpes vitæ reparetur, ſic diuinæ voluntatis præſidijs ordinatis, vt indulgentiam Dei niſi ſupplicationibus ſacerdotum nequeat obtinere, Chriſtus enim hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt pœnitentibus & peccata confitentibus ſatisfactionem darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum per ianuam recōciliationis admittunt. Item Leo: ſufficit confeſſio quę primùm Deo offertur, tunc etiam ſacerdoti qui pro delictis pœnitentium precator accedat, tunc etiam plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis.

Quod in neceſſitate, poteſt homo confiteri peccata ſua proximo, vel ſocio ſuo, ſi deeſt ſacerdos.

EX prædictis manifeſtum eſt quod non ſufficit confiteri Deo, ſed & ſacerdoti, nec eſt vere humilis & pœnitens, ſi non deſiderat & requirit ſacerdotis iudicium ſi tamen non poteſt habere copiam ſacerdotis, ſufficit confiteri ſocio,

vel proximo: ſtudioſe tamen requirendus eſt ſacerdos, quia ſacerdoti conceſſit dominus Deus poteſtatem ligandi & ſoluendi, & ideo quibus ipſi dimittunt, & Deus dimittit, ſi tamen deſit ſacerdos, ſocio vel proximo facienda eſt confeſſio: vnde Auguſtinus in libro de pœnitentia: Tanta vis confeſſionis eſt, vt ſi deſit ſacerdos confiteatur proximo: ſæpe enim contingit quod pœnitens non poteſt verecundari ante ſacerdotem, quia deſideranti nec locus nec tempus adſunt & ſi ille cui confitebitur poteſtatem ſoluendi non habeat, fit tamen dignus venia ex ſacerdotis deſiderio qui crimen confitetur ſocio. Mūdati etiam ſunt leproſi, dum irent orare vel ſe oſtendere ſacerdotibus, antequam ad eos peruenirent: vnde patet Deum ad cor reſpicere. Dum neceſſitate te prohibent ſacerdotes præuenire.

Opinio illorum qui dicunt, quod non eſt neceſſaria oris confeſſio, ſi homo conuertatur in corde de peccato.

OBIICIVNT autem nobis in hunc modum. Si peccatum omnino di-

missum est à Deo, per contritionem cordis, ex quo pœnitens votum habuit confitendi, quid postea dimittitur ei à sacerdote: Videte enim quo vinculo eum ligat. Scilicet tẽporali pœna, sed nõ à quo eum absoluat. Ante pœnitudinem enim cordis anima rei maculam habet & fœtorem peccati, & æternæ vltionis vinculo ligata existit. Si vero ante confessionem, per contritionem cordis Deus per se ipsum sine ministerio sacerdotis, & debitum omnino relaxat, & animam interius purgat, à contagio, & fœtore peccati, quid igitur mundat, quid dimittit sacerdos?

Præmissorum solutio quod ad peccati remissionem necessaria est confessio oris.

AD prædicta dicimus, quod homo quando peccat delinquit contra Deum, quia agitur contra diuinum præceptum, contra proximum per prauum exemplum. Cùm ergo penitus remittitur ei peccatum quoad reatum, id est quantum ad debitum pœnæ æternæ, & sic remissum est quo ad Deum. Sed quia

peccauit contra proximum, restat pœna tẽporalis ei iniungenda. Ideo datum est à Deo officium sacerdotibus, vt secundum quod viderit in pœnitente aut maiorem aut minorem iniungat satisfactionem. Soluat per pœnæ relaxationem ligat quando ligant ostendit ligat quando sententiam excommunicationis in subditum: st. solu quãdo solutum ostendunt, soluit quando in Ecclesia per reconciliationem inducit.

Opinio hæreticorum qui dicunt, quod absolutio quæ fit ab Episcopis in consecratione Ecclesiarum, vel in aliis locis non est rata habenda.

PRÆDICTI etiam hæretici nituntur probare quod sola absolutio quæ fit ab Episcopis in consecratione Ecclesiarum, vel in aliis officiis non sit rata habenda: aiunt enim. Iste tenetur satisfactione trium annorum, vnus Episcopus in vnius Ecclesiæ dedicatione relaxat tertiam partem, alius tertiam, alius reliquam partem, quia tantam potestatem relaxandi habet, secundus & tertius

quantam & primus, quod ſi eſt pro tribus obolis & nummis relaxabitur pœnitentia triennis, nec ęqua ſatisfactionis recompenſatio, ſi pro vno obolo vel nummo relaxetur vnius anni ſatisfactio.

Ad prædicta ſolutio, quod Epiſcopus relaxat in abſolutionibus pœnam purgatoriam non temporalem.

AD prædicta dicimus quod ille cui iniungitur ſatisfactio, aut charitatem habet aut non. Si charitatem non habet, nihil ei ab Epiſcopo relaxatur. Si verò in charitate eſt, hæc dicat charitas vt pœnitentiam ſibi iniunctam perficiat. Nec palpat ſeipſum corporalem declinans pœnam quin agat pœnitentiam ſibi iniunctam ſi poteſt, quia ipſa charitas reddit hominem paratum, vt non ſolum illam, verum etiam maiorem compleret, ſi ei iniuncta fuiſſet. Tale ſi illud implet, pro quo facta eſt relaxatio ab Epiſcopo non relaxanda pœnæ intentione, ſed ex charitatis feruore & decedit ante peractam pœnitentiam remittetur ei tantum de pœna purgatoria, quantum in hoc ſęculo relaxauit

Episcopus. Dicimus etiam quod licet pœnam mutari scilicet pœnam corporalem in pecuniariam, quæ in plerisque longe grauior corporali. Nec isti cui ex charitate accedit fit commutatio pœnę, quantum ad ipsum, quia non hac intentione facit illud, pro quo fit relaxatio, vt relaxetur ab iniuncta pœnitentia, sed solo intuitu charitatis non vult vt relaxetur sed propositum habet perficiendi pœnam, & in ipso non remanet quin perficiat si ante peractam pœnitentiam decedit, & ipse Episcopus hac intentione relaxat, vt in purgatorio de pœna quid relaxetur. Isti si morte præuentus fuerit tantum de pœna purgatoria relaxabitur, quantum in hoc sęculo de pœna temporali relaxatum esse videbitur.

Opinio illorum qui dicunt, quod suffragia illa quæ fiunt ab illis qui sunt in mortali peccato, non prosunt mortuis.

DICVNT etiam prædicti hęretici, quod orationes vel suffragia eorum qui in morte sunt, animabus mortuo-

rum non prosunt: Quomodo enim potest prodesse alij, qui non potest prodesse sibi? Oratio quæ fit in orantis perniciem, quomodo erit in alterius salutem? Hoc autem nituntur probare variis au-ctoritatibus & rationibus Auctoritates, Si is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur.] Item qui indeuotè orat iudicium sibi postulat. Sed qui in oratione Iudicium sibi postulat, quomodo alij in oratione postulat remediū. Item oratio eius fiat in peccatum, quomodo ergo in salutem aliquorum! Item ille qui meretur offensam apud Deum quia orat, quando pro alio perorabit? peccatori enim dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas. Rationibus idem probare conantur. Sacerdos in mortali peccato existens dum celebrat, dum orat, actio illa quæ oratio est, mala est, hanc meretur sibi pœnitentiam æternam. Ergo eadem non meretur alij pœnæ relaxationem, nulla enim actione potest aliquis mereri bonum & malum. Item dicit au-ctoritas quod illius sacerdotis missa audienda non est, de quo indubitanter constat quod habet concubinam. Alia

etiam clamat auctoritas, quod ille qui in mortali peccato est, nec in Ecclesia orare, nec Psalmos dicere debet.

Præmissorum determinatio quod oratio quæ fit ab Ecclesia, à quocunque proferatur, prodest mortuis & viuis.

HIs facile potest dari responsio. Verum est quod si is qui ad intercedendum mittitur, Deo per mortale peccatum displicet: ex ipso quod pręsumit orare pro alio, deterior etiam fit sua conditio diuina celebrando: maximè si in notorio crimine fuerit: quia & in eo peccat quod pręsumit, & quod alijs occasio scandali fit, sed tamen quia orat in propria Ecclesia dicens, oremus ipsa virtus significat orationis, vnde ipsa significatio prodest alijs, non ex virtute ipsius orationis, sed ex virtute ipsius Ecclesiæ, ad hoc orationem instituentis vt prosit vel viuis vel mortuis: peccat ergo qui in mortali peccato pręsumit celebrare, prodest tamen oratio quantum ad vim significationis, non quantum ad actionem

orantis. Sciendum etiam quod duplex est deuotio, deuotio naturæ, deuotio gratiæ: deuotio naturæ, cum aliquis ex naturali pietate orat, & ex quadam humilitate quamuis sit in peccato. Talis si orat, ex eo quod orat non peccat, quia non indeuotè orat, quantum ad deuotionem naturæ: huius oratio ipsi oranti non obest: & illi pro quo orat, quantum ad virtutem orationis prodest deuotio gratiç est, quãdo aliquis ex charitate orat. Sensus ergo est quod qui indeuote orat id est sine deuotione naturæ, vel gratiæ, iudicium sibi postulat, peccat: ille autem qui peccato notorio laborat, & præbet alijs scandalum, oratio ei fit in peccato, non alijs pro quibus orat actio inquam orantis non virtus orationis, sic ergo meretur offensam apud Deum actione praua, apud Deum tamen perorat virtus orationis pro alio. Cum autem dicitur, peccatori autem dixit Deus, &c. Peccator dicitur ille qui gloriatur cum male fecerit, quia laborat publico crimine, vel qui conuictus vel confessus est in iure: talis enim non peccat sub Deo sed in Deum, talis si in publico in Ecclesia orat, vel prædicat, vel psalmos cantat,

peccat. Et vt dictum est, si ille cuius crimen notorium est, diuina celebrat, quantum in his est peccat. Virtus tamen orationis alios adiuuat. Si verò hæreticus ab Ecclesia diuisus pro alijs orat, iàm non orat in præsentia Ecclesiæ nec ipsi nec alijs prodest oratio. Ex præmissis patet, quod peccatoris obstinati actio, qua orat mala est: nec ipsi nec alij prodest: sed ipsa significatio orationis, quia ad hoc instituta est ab Ecclesia Dei vt alijs prosit, & sic alijs prodest, & non est mala, sed bona: quod autem dicitur quod talis sacerdotis missa non est audienda, de quo indubitanter constat quod habeat concubinam, intelligendum est de sacerdote qui conuictus vel confessus est in iure, cuius missa audienda non est, non quod mala sit, sed quod hoc est faciendum in verecundiam & confusionem sacerdotis, vt sacerdos peccatum suum recognoscat, & pœniteat.

Quibus auctoritatibus & rationibus probatur, quod orationes ab Ecclesia institutæ, siue à bono vel à malo sacerdote proferantur, prosunt.

QVOD autem orationes ab Ecclesia institutæ prosint, si in presentia Ecclesiæ proferantur seu à malo seu à bono rationabiliter probatur. Si merita ministrorum non augent, vel si minuunt vim sacramentorum, videtur quod non vim orationis: sed hoc patet, quod vis baptismi non augetur vel minuitur à quocumque detur, vel vis Eucharistiæ vel alicuius sacramenti: à simili nec vires Ecclesiasticarum orationum, habent enim in se quandam vim sacramentalem: preterea si meritum ministrorum augerent vel minuerent vim orationum, vnitas Ecclesię non staret, immo schisma fieret: quia quidam sequerentur sacerdotem, quia crederent meliorem, & fugerent deteriorem, & sic quidam sequerentur vnum, alij alium. Paulus etiam contra illos qui glorificabantur de baptistis, dicit vnum esse baptisterium, vnum

qui baptisat, à simili non debemus gloriari de orationibus aliquorum, tanta enim est vis orationis prolatæ ab isto quanta ab alio: quantum ab ipsius orationis significatione, non quantum ad ipsius orationis deuotionem. Vna enim est vis orationis, sed non vna deuotio orationis. Deuotio enim poterit esse efficacior quanto maior, sed oratio quantum in se est non erit fructuosior, verbis autem inesse virtutes, variæ clamant auctoritates & humanæ & diuinę. Nonne vis est in his verbis, baptiso te in nomine patris & filij & spiritus sancti: & his hoc est corpus meum: hic est calix noui Testamenti. Quare Ecclesiasticis orationibus nõ inerit vis si proferantur in parochia Ecclesiastica, non quantum ad proferentem sed instituentem.

Opinio illorum, qui dicunt quod omne mendacium est mortale peccatum.

EST alius predictorum error, quod conantur asserere multipliciter: ait enim auctoritas: os quod mentitur occidit animam. Et alibi, perdes omnes qui

loquuntur mendacium. Item, sit sermo vester est, est, non, non: quod amplius est à malo est: ac si dicat auctoritas? simpliciter tantum affirmate, simpliciter factum negate: si hoc est præceptum. Ergo si quis affirmat falsum mortaliter peccat. Item quicquid fit contra conscientiam ædificat ad gehennam. Ergo mortaliter peccat. Item cum in Decalogo dicitur non falsum testimonium dices ex parte intelligitur totum, ergo ibi prohibetur mendacium: ergo qui mentitur contra prohibitionem facit: ergo mortaliter delinquit.

Prædictorum solutio, quod non omne mendacium est mortale peccatum.

AD hoc dicendum est, quod quoddam mendacium mortale peccatum est quoddam verò veniale, quod habeat penes se causam excommunicationis, vt quando prodest alicui, & nulli obest: quam mendaciorum differentiam manifeste insinuat Augustinus dicens: Tria sunt mendaciorum genera, sunt mendacia quędam pro salute vel com-

modo alicuius non malitia ſed benignitate dicta, vt obſtetrices in Exodo feciſſe loquuntur, quæ dixerunt Pharaoni falſum pro filijs Iſraël ſaluandis qui ſic ſolummodo mentiuntur, merebuntur aliquando ab omni mendacio liberari. Eſt & aliud mendacij genus quod fit Ioco, quod non fallit. Scit enim ille cui dicitur, quod cauſa Ioci dicitur, & hęc duo genera mendaciorum non ſunt ſine culpa, ſed non magna. Tertiùm vero mendacium graue eſt quod ex malignitate & duplicitate procedit, quod ſummopere cauendum eſt. Ad illam ergo ſpeciem mendaciorum quod mortale peccatum eſt, reffertur illud quod dicitur, os quod mentitur, occidit animam. Et illud: perdes omnes qui loquuntur mendacium. Quod autem dicitur ſit ſermo veſter eſt, eſt, non non, non eſt prçceptũ ſed conſilium, & ſpecialiter hoc dicitur contra iuramentum, monet enim ſacra ſcriptura ne iuremus ſine cauſę cognitione, ſuperflua enim iuramenta pernicioſa ſunt: vnde, inquit, quod amplius eſt, id eſt iuramentum à malo eſt, non à malo iurantis, ſed à malo iure cogentis. Quod autem dicitur quicquid fit contra conſci-

entiam id intelligitur de mortali peccato: quia si conscientia dicat alicui aliquod opus esse mortale peccatum & tamen facere ipsum ad gehennam & dignum est morte æterna. Mendacium autem quod est veniale, & si hoc modo fit contra conscientiam, quid, quod, & conscientia dictet tale opus esse peccatum, tamen quia veniale est, ex causa non ædificat ad gehennam, nec mentienti hoc modo dictat conscientia, quod tale mendacium sit mortale peccatum. Si enim hoc dictaret conscientia, quod tale mendacium esset mortale, & faceret, mortaliter peccaret. Ad hoc quod opponunt istam auctoritatem Non falsum testimonium dicimus quod prohibetur genus mendacij, quod est mortale peccatum. Adhuc quærunt hæretici, vtrum licitum sit mentiri vel non? si licitum est mentiri, ergo in aliquo casu mentiri non est malum & sic non omne mendacium est malum quod falsum est. Ad hoc dicendum quod aliquid dicitur licitum duobus modis. Vno modo dicitur aliquid esse licitum, illud scilicet quod in aliquo casu potest fieri sine peccato: iuxta quam acceptionem, ait Apostolus,
Omnia

Omnia licent, ſed non expedit. Alio modo dicitur aliquid eſſe licitum, quod quamuis non poſſit fieri ſine peccato, tamen ſine mortale & aliquando fit, & ſecundum hoc licitum eſt mentiri aliquo in caſu.

Quo caſu liceat alicui mentiri.

QVOD aliquis in aliquo caſu teneatur mentiri, videtur probari. Ecce feruntur aliqui in aliquem, vt eum occidant. Ille effugiens abſcondit ſe apud aliquem, inſequentes quærunt ab illo, à quo eſt abſconditus, de abſcondito vbi ſit. Ille autem vehementer opinatur abſconditum eſſe in morte, & quod moreretur minor, ſi modo decederet. Ergo quia proximus eius eſt, tenetur eum ſeruare ad vitam tam corporis quàm animę, ſed maximè animæ. Ergo videtur teneri ad hoc, vt dicat abſconditum non eſſe ibi, & ita peccare, tenetur mentiri. Ad hoc dicimus quod non tenetur mentiri nec falſum dicere, ſed poteſt verum tacere: & ſi forte mentitur ad ſeruandam vitam proximi, venialiter peccat: quia hoc non facit intentione fallendi ali-

quem, sed intentione conseruandi, ad vitam proximum: vbicumque ergo intentio mentientis non tendit ad malum, veniale est mendacium, sed vbi intentio tendit ad malum, non ab bonum, vel potius ad malum quàm ad bonum, mendacium mortale est: nullo ergo modo mentiri bonum est, sed asserere, quod omne mẽdacium sit mortale peccatum, stultum est.

Opinio illorum qui dicunt quod nullo modo est iurandum.

ASSERVNT etiam prædicti hæretici, quod nullo modo est iurandum, quod auctoritatibus multis & rationibus videntur asserere. In cuius rei assertionem prædicti in auctoritatem afferunt hoc scilicet sit sermo vester, &c. & aliam quæ dicit minime esse iurandum: Ait enim Christus in Euangelio, nolite iurare omnino neque per cœlum quoniam Dei sedes est, neque per terram, quia scabellum pedum eius est, neque per capillum capitis vestri, quia non potestis vnum facere album, vel nigrum.

Solutio quod iurare non ſemper malum eſt.

AD prædicta dicimus quod iurare in ſe neque bonum neque malum eſt, ſed indifferens, aliquando tamen malum, aliquando non, ſponte enim & ſine neceſſitate iurare, vel falſum iurare, grande peccatum eſt: ex neceſſitate autem iurare ſcilicet ad aſſerendam innocentiam, vel ad fœdera pacis confirmanda, vel ad perſuadendum aliquid, quod alicui eſt vtile malum non eſt, neceſſarium enim eſt, vnde Auguſtinus in ſermone domini in monte. Iuramentum faciendum eſt in neceſſarijs, cum pigri ſunt homines credere, quod eis eſt vtile. Iuratio non eſt bona, non tamen mala cùm eſt neceſſaria. Item Auguſtinus ſuper epiſtola ad Galatas, non eſt contra Dei præceptum iuratio. Sed ita intelligitur dominus prohibuiſſe à iuramento, aut quantum in ipſo eſt quis non iuret. Multi enim faciunt, in ore habentes iurationem, tamquam magnum atque ſuaue aliquid. Apoſtolus enim nouit præceptum domini, & tamen iurare prohi-

bens, ergo iurare intellexit de cupiditate vel delectatione iurandi. Item Augustinus in sermone domini, quod ergo ait Christus in Euangelio, Ego dico vobis nolite iurare: omnino intelligitur præcepisse ne quisquam tanquam bonum appetat iuramentum, & assiduitate iurandi, labatur in periurium. Quod autem ait, sit sermo vester, est, est, non, non, bonum est & appetendum quod amplius est à malo est, si iurare cogeris. Scias de necessitate venire infirmitatis, eorum quibus aliquid suadet quæ infirmitas malum vtique est, vnde nos quotidie liberari precamur, Libera nos à malo. Ideoque non dixit quod amplius est malum est, tu enim non facis malum quia bene vteris iuratione, sed à malo est illius, qui aliter nõ credit & ab infirmitate quæ aliqua pœna est, aliqua pœna & culpa. Ibi ergo dominus prohibuit malũ, suasit bonũ, indulsit necessariũ. Cùm autem Christus, in Euangelio pręcipiat, nolite iurare omnino, neque per cœlũ, neque per terram, neque per creaturam aliquam, &c. hoc ideo falsum est, ne Iudæi qui quasi paruuli sensu erant, iurantes per Angelos & elementa, creaturas venerarentur di-

uino honore & melius erat hoc exhibere Deo, quam creaturis infirmis, ergo illud prohibuit. . . . .
in creaturis creatorem venerabantur tantum non prohibuit. Item Ioseph per salutem Pharaonis iurans, Dei iudicium veneratus est. . . . .
quod positus. . . . .
Christus vero ita per creaturas iurare prohibuit, ne vel aliquid diuinum in eis crederetur, pro quo eis reuerentia debetur, vel ne per eas falsum iurantes, homines se iuramento non teneri putarent.

Quod in quibusdam casibus licitum sit iurare.

PRÆDICTIS auctoritatibus Augustini manifestum est, licitum esse iurare ex causæ cognitione, quod & alijs modis probari potest. Dicit auctoritas quod finis controuersiæ est iuramentum: ille enim qui suspiciosus est de aliquo crimine, cùm eius simplici verbo credendum non sit, quomodo cogetur ad purgationem nisi per sacramentum, cùm aliæ purgationes ab Ecclesia Dei prohibitæ sint vt iudicium aquæ frigidæ, & ignis

cãdentis: hoc enim modo se purgare, est Deum tentare. Autor etiam vniuersorum in multis locis sacræ scripturæ legitur iurasse, vt ibi: per memetipsum iuraui, & in Psalmo iurauit dominus, & non pœnitebit eum: & alibi: Quibus iuraui in ira mea: & in Apocalypsi, legitur de Angelo, qui iurauit. Apostolus etiam in epistola ad Romanos iurat in hunc modum. Testis est mihi dominus: quid autem aliud est Deum in testem inducere, quàm iurare per eum? Alia autem auctoritas dicit: Redde Deo iuramenta tua. Præterea quomodo facient aliqui fidelitatem dominis suis, nisi per iuramentum vel sacramentum?

Opinio illorum qui dicunt, quod nullo casu, nulla occasione homo est occidendus.

ASSERVNT etiam prædicti hostes Ecclesiæ, in nullo casu, nulla occasione, nulla causæ ratione, hominem esse occidendum: quod variis asserunt auctoritatibus. Dominus in lege homicidium prohibuit dicens, non occides. Item in Euangelio, omnis enim qui ac-

ceperit gladium, gladio peribit. Item Augustinus ad Marcellinum Comitem pro quibusdam sceleratis. Imple Christianissime iudex pij patris officium, nec iniquitatum memineris, vt non in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus, curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, pœna illorum quamuis de tantis sceleribus confessorum, rogo te vt præter supplicium mortis sit, & propter conscientiam nostram, vt propter catholicam māsuetudinem commendandam. Quod & si quibusdam ex nostris atrocitate commotis videtur indignum, & quasi dissolutionis & negligentiæ silere, transactis tamen motibus animorum, qui recentioribus factis solent tribuentibus excitari, egregie luculenta bonitas apparebit, & alij ex occasione terribilium iudicum & legum, ne æterni iudicij pœnas luant, corrigi eos cupimus non necari. Item Gregorius, Reos sanguinis deffendat Ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat. Item dominus ait, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Item de Iudæis etiam in

Euangelio prohibetur ne occidantur, quia fratres nostri, & cedunt in augmentum fidei nostræ, vnde in Psalmis legitur, Ne occidas eos ne quando obliuiscantur populi mei. Augustinus super illum locum libri regum vbi legitur, quod Absalon intrauit ad concubinas, intelliguntur hæretici qui occidendi non sunt, sed in carcerem detrudendi, & frequenter admonendi, vt ad fidei Christianæ redeant vnitatem. Ouis etiam errabunda occidi non debet, sed ad caulam reduci. Similiter hæretici qui habent characterem Christianum, cogendi sunt verbis, & verberibus vt ad Ecclesiæ redeant vnitatem.

Quibus rationibus probant hæretici, hominem nulla occasione esse occidendum.

MVLTIPLICI ratione idem affirmare conantur, & sic. Si hæc fuit legis Mosaicæ seueritas, vt fur cogeretur restituere furtum in duplum, vel in quadruplum. Quod est quod tempore Euangelij prædicat misericordiam, fur pro furto morte plectitur. Nonne misericor-

dia Euangelij, debet præiudicare austeritati legis? apud legem magna austeritas iudicabatur in legis talione, vbi pes pro pede, oculus pro oculo soluebatur. In tempore verò Euangelij multo magis videtur esse seueritas, cum pro abscisione pedis vnius, morte damnetur alius. Quæ est misericordia, quæ homicidium probat, leges exasperat? præterea qui hominē occidit, legi naturali obuiari videtur, quæ dicit, quod tibi non vis, alij ne feceris. Nemo ergo debet velle alium occidi, vel occidere, cum id non velit de se. Item aliquis videt alium esse iuniorem in mortem peccatoris, & videt eum non pœnitere, & ita dictat ei conscientia quod si modo moreretur, damnaretur. Si ergo eum occidit, occidit eum in corpore & anima: Et ita reus est damnationis illius, quia cùm proximus eius sit, tenetur eum diligere sicut se ipsum, & ita ad vitam æternam: Et ita tenetur eum pro posse suo reseruare ad vitam, & ita videtur prouidere saluti suæ temporali, vt prouideat æternæ. Si aliquis dicat quod iudex hoc facit qui magister legis est, Deus contradicere videtur, qui ait, Mihi vindictam & ego retribuam. Item

ſi aliquis in hunc modum obijciat. None ne licet iniurias inimicorum repellere? ad hoc dicunt, quod licet vim vi repellere ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ defendendo quidem non alium occidendo, vt inimicos noſtros capiamus vel fugemus, non vt occidamus? quod ſi occiderimus inimicos, contra hoc præceptũ domini nauigauimus: diligite inimicos veſtros, benefacite hijs qui vos oderunt.

Reſponſio ad prædictas obiectiones, quod qui homicidas & ſacrilegos punit, non eſt effuſio ſanguinis ſed legum miniſterium.

HIIS obiectionibus in hunc modum reſpondimus, & hijs auctoritatibus. Quod ſi iudex ſententia præcepit hominem occidi, ipſe non occidet, ſed lex: iudex enim legis miniſter eſt, immo & Dei in exequendis iudicijs: Quod autem dicitur in Euangelio, Omnis qui gladio &c. Sic intelligendum eſt qui iudiciaria poteſtate abuſus fuerit, vel iniuſte vſurpauerit gladio peribit, id eſt vſurpatione

iudiciariæ poteſtatis damnabitur. Quod autem Auguſtinus pro ſceleratis interceſſit, de miſericordia fuit, non de rigore iuſtitiæ, de iuſtitia enim poterat eos morte temporali punire Comes, ad iudicem enim Eccleſiaſticum non pertinet ſanguinis effuſio. Quod autẽ Gregorius ait Reos ſanguinis & cætera. Sic intelligendum eſt, ſcilicet quod ad iudicem Eccleſiaſticum non pertinet ſanguinis effuſio, ſed ad iudicem ſecularem: alium enim portat iudex ſecularis gladium quo punitur corpus, alium iudex Eccleſiaſticus, quo punit potius animam quàm corpus & ſicut iudex terrenus non debet vſurpare officium iudicis Eccleſiaſtici, ita nec econtra Eccleſia: ergo defendere reos ſanguinis, nihil aliud eſt quàm eos non debere corporali pœna punire, ſed potius pro eis apud terrenum iudicem intercedere. Dominus autẽ cùm ait Nolo mortem peccatoris & cætera. Non intellexit de morte corporali, ſed de morte animæ: non enim vult Deus mortem animę, ſed potius vt conuertatur & viuat ſpiritualiter. De Iudæis dicimus, quod occidendi non ſunt. Sed tamen laborant illis criminibus pro quibus lex dictat homi-

nem occidendum. Iudex poteſt eos occidere vt in hoc legi deſeruiat. Similiter hæretici propter hæreſim non ſunt occidendi, ſcilicet propter characterem Chriſtianum quem habent, ad caulam Eccleſiæ reducendi ſunt. Si tamen illis peccatis laborant, quibus mors temporalis debetur, à iudice ſæculari puniri poſſunt. Si tamen eos puniat intuitu iuſtitiæ, non ex ira, vel animi ratione. De fure, dicimus quod fur pro furto nullo modo interfici debet, ſed cogatur furtum reſtituere, & verberibus corrigatur, nec morte puniatur. De latrone vero ſecus iudicandum eſt, qui viatoribus inſidiatur, & eos perimit. Tali enim iure interimi poteſt homicida, tamen non intelligitur, qui interimit ad principum præceptum, ſi ſuum exerceat officium, & ita legi mirum eſt, nec hoc dicitur facere Iuſtitia ſed lex. Omnis etiam qui in veteri lege nulla circa eos poterat fieri diſpenſatio, quos lex iudicabat eſſe morte puniendos. Etiam ille qui ignoranter alium occiderat non erat tutus niſi confugeret ad aliam ciuitatem refugij. Sed infra notabitur, quod nullus qui ignoranter occidit morte punitur, immo om-

nis homicida siue ignoranter, siue ex-deliberatione aliquem interfecerit, fugiens ad Ecclesiam saluus erit. Maiorem enim immunitatem præstat Ecclesia in nouo testamento, quàm ciuitas refugij in veteri. Iudex etiam Ecclesiasticus nullum debet corporali pœna punire, immò pro damnatis apud secularem iudicem intercedere. Puniuntur tamen rei à seculari iudice, vt pœna vnius sit metus multorum: multoties etiã parcitur reis cùm in veteri lege nulla poterat fieri dispensatio, immò sine omni misericordia reus damnabatur. Hoc autem non iudicamus iustum, vt si aliquis aliqui amputauerit membrum, ideo morte corporali plectatur: de rigore tamen iustitiæ potest recipere talionem. Immò minori pœna puniretur, in nullo ex causæ cognitione. Dicimus etiam quod iudex obuiat naturali legi, quando præcipit homicidam interfici, quia hoc non facit ipse, sed lex. Iudex etiam illum quem credit esse in mortali peccato debet admonere vt pœniteat, nec de contingentibus aliquid obmittere, & ita liberat animam suam, nec tenetur reus pro morte eius temporali vel æterna. Si iuxta legis præceptum

poſtea punit ipſum. Si vero aliquis qui non habet poteſtatem, iuxta legem aliquem occidendi ſcienter, mortaliter peccat, vnde Hieremia in Iona Propheta: miles cùm obediens poteſtati, ſub qua legitimè conſtitutus eſt, hominem occidit, nulla ciuitatis ſuæ lege reus homicidij eſt, immo niſi fecerit reus imperij deſerti atque contempti eſt. Quod ſi ſua ſponte auctoritas in crimine effuſi ſanguinis humani incidiſſet: itaque vnde punitur ſi fecerit iniuſſus, inde puniretur ſi non fecerit iuſſus, & non licet homini hominem interficere. Ne ab ipſo occidatur. Vnde Auguſtinus ad Publicolam de occidendis hominibus ne ab eis quiſquam occidatur, non mihi placet conſilium. Tenetur homo ſuſtinere mortem tẽporalem, quia in ſe ſuſtinuerat æternalem. Debet enim bonum æternale, ſuo præferre temporali bono, & prius ſuſtinere mortem temporalem, quàm in . . . . mortali peccato occidendo fratrem. Cùm autem iudex exercet vindictam, ipſe Deus exercere dicitur. Vnde Apoſtolus dicit quod iudex auctoritate Dei gladium portat. Cùm autem dicitur à domino, Mihi vindi-

ctam, ego retribuam. inhibetur homini ne ſua auctoritate ſe iudicet, ſed vindicta relinquatur aut iudici, aut legi. Hoc etiam concedimus, quod licet vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec licet repellendo iniurias hominem occidere ex deliberatione, ſi tamen intuitu defendendi ſe occiderit, non intendendo eum occidere, non mortaliter dicimus eum peccare. Item iudex etiam ſi homicidam vel ſacrilegum interficit, ad aliorum cor recidendum vt puniatur temporaliter, ne puniatur æternaliter, ſi illum quem occiderit dicitur odire, non eſt verum nec admittendum, ſed potius diligere dici debet, ad hoc enim punit eum vt pœna temporali correptus in ipſa morte puniatur, & ſic pœnam deuitet æternam. Item ſi obijciunt Deus non iudicat bis in idipſum. Ergo ſi ipſe reus punitur temporali morte non debet puniri æterna, vel ſi punitur æterna non debet puniri temporali. Ergo ſi duplici morte punitur, iniuſtè cum eo agitur, quia bis in idipſum iudicatur. Ad hoc dicimus quod homicida vel ſacrilegus peccat in Deum, peccat in proximum, ſecundum quod peccat in Deum. Si non pœ-

niteat punietur æternaliter, secundum quod peccat in proximum debet puniri temporaliter, ergo non iudicabitur in idipsum bis, dupliciter punitur quia non secundum in idipsum punitur temporaliter, sed æternaliter. Immo secundum aliud & aliud, quia secundum quod peccauit in Deum punitur æternaliter, secundum quod in proximum temporaliter, ad correctionem & ad cautelam aliorum. Vnde si peccatum remittitur quo ad Deum per pœnitentiam, restat tamen quoad proximum puniendum per pœnam temporalem.

Quod in multis casibus homines interficiendi sunt.

QVOD autem in multis casibus homines interficiendi sunt, videtur velle Hieronymus super Isaiam dicens. Non est crudelis qui crudelem iugulat, sed crudelis patientibus esse videtur. Nam latro suspensus in patibulo crudelem iudicem putat. Item super Ezechielem, qui malos percutit in eo quod mali sunt, & habet causam interfectionis vt occidat pessimos, minister Dei est. Et super

ſuper Ioãnem homicidas & ſacrilegos & veneficiarios non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium. Item Auguſtinus de libero arbitrio. Si homicidium eſt occidere hominem, poteſt aliquando occidere ſine peccato, nam & miles hoſtem & iudex vel miniſter eius nocentem. Item Cyprianus in nono genere abuſionis. Rex debet furta cohibere, ad vltima punire impios de terra perdere, parricidas & periuros non ſinere viuere, filios ſuos non ſinere impie agere.

Opinio illorum qui dicunt, quod prædicatores nullo modo laborare propriis manibus debent.

DICVNT etiam prædicti hæretici, quod nullo modo propriis manibus laborare debent, ſed ab illis quibus prædicant recipere neceſſaria: quod conantur varijs auctoritatibus confirmare. Ait enim Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios, quis militat vmquam ſuis ſtipendijs: quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis paſcit gregem & de lacte eius non comedit? Nunquid ſecundum hominem hoc dico? Num &


lex hoc non dixit? Scriptum est in lege Moysi, non alligabis os boui trituranti, quoniam debet in spe qui arat arare, & qui triturat in spe percipiendi fructus triturare. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si carnalia vestra metamus. Si alij vestræ participes sunt, quare non possumus nos. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quod de sacrario sunt edunt: & qui altario deseruiunt, de altari participant. Ita & dominus ordinauit hij qui Euangelium nuntiant, de Euangelio viuere. Item Apostolus ait: Nemo militans Deo implicet se negotijs secularibus.

Solutio quod prædicatores proprijs manibus laborare tenentur, sed in necessitate licitum est eis necessaria à subditis recipere.

AD hoc dicendum quod licitum est prædicatoribus in necessitate necessaria à subditis recipere, sed isti pseudoprędicatores sunt, vt in otio viuant à simplicibus victum emungunt. Cùm tamen auctoritas dicat, fac semper aliquid ne

diabolus te otiosum inueniat: & ipse Paulus proprijs manibus laborabat, ne eius prędicatio subditis suis onerosa esset. queritur si prædicator habet vnde sustẽtet se, à subditis suis aliquid exigere non debet. Isti autem qui spiritualia non seminant, qua ratione spiritualia metent: Ad hoc ergo spectant omnes præmissæ auctoritates quod licitum est prædicatori in necessitate necessaria accipere à subditis suis, non tamen debet ab opere manuum vacare vnde & Apostolus ait, qui non laborat non manducet. Et alibi, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est vt habeat quod tribuat necessitatem patienti, prædicti ergo qui proprijs manibus laborare negligunt suæ ignauiæ auxilium quærunt. Illaque auctoritas: Nemo militans Deo & cętera. Sic intelligendum est. Nemo militans Deo, id est relinquens seculum, vt soli Deo militet, implicet se negotijs secularibus id est intendere debet curis secularibus: prædicti ergo hæretici diffugientes per mundum fingunt se esse prædicatores, vt à simplicibus victualia emungant, & sic malunt ociari, quàm proprijs manibus laborare, cùm psalmus di-

cat, opera manuum tuarum quia manducabis. 6. c. & 6. ne prædicti pseudo. . . . . Ratio quod nollunt proprijs manibus laborare. . . . . est ne in lege prohibitum: nonne melius proprio laborare necessaria acquirere, quàm inuerecundia ab alijs victualia exigere: nonne & hoc prædicatoribus exemplum dedit Doctor gentium qui proprio laborauit; acquirebat sibi victum. Isti similes sunt prædicatoribus quos reprehendit Apostolus, qui vt fugiant laborem ab alijs quibus, prædicabant quomodo terrena accipiebant sine necessitate?



EX CÆSARIO Heiſterbacenſi ordinis Ciſtercienſis Colonienſis Diocæſis.

De Vvaldenſium hæreſi Metis ſparſa.



Vb epiſcopo Bertramo, viro valde literato, orta eſt hæreſis Vvaldoſiana in ciuitate Metenſi hoc modo: Cùm idem antiſtes in feſtiuitate quadam populo in eccleſia prædicaſſet, duos homines miniſtros diaboli in turba ſtare conſpiciens, ait: Video inter vos duos nuntios diaboli; ecce illi ſunt, digito eos oſtendens, qui me præſente in Monte Peſſulano propter hæreſes damnati ſunt & eiecti. Qui epiſ-

copo durius responderunt, habentes in comitatu suo scholarem, qui more canino contra eum latrabat, iniuriis eum lacessens. Egressi verò de ecclesia, multitudinem populi circa se congregantes, errores suos illis prædicauerunt. Quibus cùm quidam ex clericis dicerent; Vos domini, nonne Apostolus dicit: Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Volumus scire quis vos miserit huc prædicare: responderunt illi? Spiritus: non enim poterat illis episcopus vim inferre propter quosdam potentes ciuitatis, qui eos in odium episcopi fouebant, eò quod quendam vsurarium defunctum ipsorum cognatum de atrio ecclesiæ eiecisset. Reuera missi fuerãt à spiritu erroris, per quorum ora hęreses Vvaldosianæ, ab vno eorum sic dictæ, in eadem ciuitate sunt seminatæ, & necdum prorsus extinctæ. APOLLONIVS: Heu quod tot hodie hæreses sunt in Ecclesia. CÆSARIVS: Hoc furor & malitia diaboli effecit.

Temporibus Innocentij Papæ prædecessoris huius, qui nunc papatum tenet Honorij, durante adhuc schismate, quod erat inter Philippum & Ottonem reges Romanorum, Diaboli inuidia hæ-

reſes Albienſium cœperunt pullulare, vel vt verius dicam, matureſcere. Cuius vires erant tam validæ, vt omne triticum fidei gentis illius, verſum videretur in lolium erroris. Miſſi ſunt Abbates noſtri ordinis cum quibuſdam Epiſcopis, qui zizania raſtro catholicæ prædicationis eradicarent: ſed obſiſtente homine inimico, qui illa ſeminauerat, modicum ibi profecerunt. APOLLONIVS: Quis fuit error illorum? CÆSARIVS: Quædam hæreſiarchæ eorum collegerant puncta ex dogmate Manichæi, quædam ex erroribus, quæ in Periarchon ſcripſiſſe fertur Origenes, plurima etiam, quæ de ſuo corde finxerant adijcientes: Duo credũt cum Manichæo principia, Deum bonum & Deum malum, id eſt, diabolum, quem dicunt omnia creare corpora, ſicut Deum bonum omnes animas. APOLLONIVS: Moyſes & corpora & animas confirmat Deum creaſſe dicens: Formauit Deus hominem, id eſt, corpus, de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, id eſt, animam. CÆSARIVS: Si Moyſen & prophetas reciperent, hæretici non eſſent. Corporum reſurrectionem negant; quicquid bene-

ficij mortuis à viuis impenditur irrident; ire ad ecclesias, vel in eis orare, nihil dicunt prodesse. In his deteriores sunt Iudæis & paganis, quia illa credunt. Baptismum abiecerunt: sacramentum corporis & sanguinis Christi blasphemant. APOLLONIVS: Vt quid tantas à fidelibus persecutiones sustinent, si nihil ex hoc in futuro retributionis expectant? CÆSARIVS: Gloriam spiritus dicunt se expectare. Quidam supradictorum Abbatum monachus, cernens quendam militem in equo sedentem, loqui cum aratore suo, hæreticum illum æstimans, sicut fuit, propius accedens ait, Dicite mihi probe vir, cuius est ager iste? respondente illo meus est, subiecit: Et quid de fructu illius facitis? Ego, inquit, & familia mea de eo viuimus, aliquid etiam erogo pauperibus. Dicente monacho, quid boni speratis de eleemosyna illa? respondit miles hoc verbum; Vt spiritus meus gloriosè pergat post mortem. Tunc monachus: quò perget? Ait miles, secundum meritum suum: Si bene vixit, & hoc apud Deum meruit, exiens de corpore meo, intrabit corpus alicuius futuri principis, siue regis, siue alterius

cuiuſlibet illuſtris perſonæ, in quo delicietur. Si autem malè, corpus intrabit miſeri pauperiſque, in quo tribuletur. Credidit ſtultus, ſicut & cæteri Albienſes, quod anima ſecundum meritum per diuerſa transſeat corpora, etiam animalium, atque ſerpentium. APOLLONIVS: Fœda hæreſis. CÆSARIVS: In tantum Albienſium error inualuit, vt breui interuallo temporis, infecerit vſque ad mille ciuitates, & ſi non fuiſſet gladijs fidelium repreſſus, puto quod totam Europam corrupiſſet. Anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo prædicata eſt contra Albienſes in tota Alemania & Francia crux, & aſcenderunt contra eos anno ſequenti de Alemania Lupoldus Dux Auſtriæ, Adolphus comes de Monte, Vvilhelmus comes Iuliacenſis, & alij multi diuerſæ conditionis atque dignitatis. Simile actum eſt in Francia, Normania, atque Pictauia. Horum omnium prædicator & caput erat Arnoldus Abbas Ciſtercienſis, poſtea archiepiſcopus Narbonenſis. Venientes ad ciuitatem magnam, quæ Biterenſis vocatur, in qua plus quam centum milia hominum fuiſſe dicebantur,

obſederunt illam. In quorum aſpectu hæretici ſuper volumen ſacri euangelij mingentes, de muro illud contra Chriſtianos proiecerunt, & ſagittis poſt illud miſſis clamauerunt: Ecce lex veſtra miſeri. Chriſtus verò euangelij ſator iniuriam ſibi illatam non reliquit inultam. Nam quidam ſatellites zelo fidei accenſi, leonibus ſimiles, exemplo illorum, de quibus legitur in libro Machabęorum, ſcalis appoſitis, muros intrèpidè aſcenderunt; Hæreticiſque diuinitus territis & declinantibus, ſequentibus portas aperientes, ciuitatem obtinuerunt. Cognoſcentes ex confeſſionibus illorum Catholicos cum hæreticis eſſe permixtos, dixerunt Abbati: Quid faciemus domine? Non poſſumus diſcernere inter bonos viros & malos. Timens tam Abbas, quàm reliqui, ne tantum timore mortis ſe Catholicos ſimularent, & poſt illorum abſceſſum iterum ad perfidiam redirent, fertur dixiſſe: Cedite eos; nouit enim dominus, qui ſunt eius. Sicque innumerabiles occiſi ſunt in ciuitate illa. Aliam itidem ciuitatem magnam à re Pulchram vallem vocatam, quę ſita eſt iuxta Toloſam, virtute diui-

na obtinuerunt. In qua populo examinato, cùm omnes promitterent ſe velle redire ad fidem, quadringenti quinquaginta in ſua pertinacia indurati à diabolo permanſerunt, ex quibus quadringenti combuſti ſunt in igne, cæteri patibulis appenſi. Idem actum eſt in cæteris ciuitatibus, atque caſtellis, miſeris ſe vltro morti ingerentibus. Toloſani verò arctati, omnem promiſerunt ſatisfactionem, ſed vt poſtea patuit, in dolo. Nam perfidus comes ſancti Egidij, princeps & caput omnium hæreticorum, omnibus ſibi in Concilio Lateranenſi abiudicatis, feudis videlicet, & allodijs, ciuitatibus, & caſtris, & ex maxima parte eiſdem à comite Simone de Forti monte, viro Catholico, iure belli occupatis, in Toloſam ſe tranſtulit, de qua vſque hodie fideles vexare & impugnare non ceſſat. Et ſicut hoc anno Dominus conradus epiſcopus Portuenſis, & Cardinalis contra Albienſes miſſus legatus ſcripſit capitulo Ciſtercienſi, quidam ex potentibus Toloſanæ ciuitatis quiddam tam horrendum, in odium Chriſti, & ad confuſionem noſtræ fidei egit, vt etiam ipſos Chriſti inimicos mouere

merito debeat. Iuxta altare maioris ecclesiæ, ventrem suum purgauit; & palla altaris ipsas immunditias detersit. Cæteri verò furori furorem adijcientes, scortum super sacrum altare posuerunt, in aspectu crucifixi eo ibi abutentes. Postea ipsam sacram imaginem detrahentes, brachia ei præsciderunt, multo militibus Herodis deteriores, qui mortuo, ne eius crura frangerent, pepercerunt. APOLLONIVS: Quis non stupeat ad tantam patientiam Dei? CÆSARIVS: altissimus enim est patiens redditor, qui Damiatanos post victoriam, eo quod crucifixi collo fune alligato per plateas illum traxerint, in collo, & in gutture tam mirabiliter puniuit, puto quia has blasphemias minimè dissimulabit. Albienses antequam veniret contra eos exercitus Domini, vt supradictum est, Miralimomelinum regem de Marroch in auxilium sibi inuitauerant, qui de Africa in Hispanias cum tam incredibili multitudine venit, vt totam Europam se obtinere posse speraret. Mandauit etiam Innocentio Papæ, quia equos suos in porticu ecclesiæ beati Petri vellet stabulare, & super illam vexillum suum figere:

quod ex parte impletum est, & si secus quàm ipse cogitasset. Et quia Deus frangit omne superbum, eodem tempore, scilicet anno, gratiæ millesimo ducentesimo duodecimo, decimoseptimo Kal. Augusti, de exercitu eius sexaginta milia pugnatorum ceciderunt, ipse verò se in Sicilia transferens, ex dolore mortuus est. Cuius vexillum principale in bello captum, Innocentio est transmissum, & in Ecclesia prędicta, ad Christi gloriam erectum. Hæc de Albiensibus dicta sint. APOLLONIVS: Si fuissent inter homines istos viri literati, forte non tantum errassent. CÆSARIVS: Literati cùm errare incipiunt, etiam illiteratis, instinctu diabolico, plus & grauius desipiunt.

FINIS.

Priuilege du Roy.

LOVYS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, à nos amez & feaulx les gens tenans nos cours de Parlement, Preuosts desdits lieux, Seneschal de Lyon ou leurs Lieutenans, & autres nos iusticiers & officiers qu'il apartiendra salut; de la partie de Maistre amé IEAN MASSON Archidiacre en l'Eglise de Bayeux, Nous a esté exposé qu'il a pardeuers luy les escripts en Latin d'Alanus ancien Auteur, contre les Albigeois, trouués en la Bibliotecque de feu Maistre Papirius Masson son frere, viuant Aduocat en nostre Parlement, lesquels iceluy supliant desireroit faire imprimer & mettre en lumiere, ce qu'il ne peut faire sans auoir sur-ce nos lettres de permission humblement requerant icelles. POVR-CE est il, que nous inclinans liberalement à la requeste dudit exposant, luy auons permis & permettons par ces presentes de faire imprimer les susdits liures par tels Imprimeurs & Libraires que bon luy semblera, & ce pour le temps & terme de six ans, sans

qu'il ſoit beſoing d'obtenir de nous autres Lettres de Priuilege: Ains ſeulement le conſentement d'iceluy expoſant: Et afin que le Libraire & Imprimeur ne ſoit fruſtré de ſon trauail, peines & fraits, qu'il luy conuiendra faire & emploier à ladite impreſſion: Nous deffendons à tous Libraires & Imprimeurs, & à toutes autres perſonnes de noſtre Royaume, oultre ceulx que choiſira ledit expoſant d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter leſdits liures ſans le vouloir & conſentement dudit expoſant, à peine de deux cents liures d'amende à nous applicable, & d'amende arbitraire. Car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Fontainebleau le quatorzieſme iour de Iuin, l'an mille ſix cents douze. Et de noſtre regne le troiſieſme. Ainſi ſigné.

Par le Roy en ſon Conſeil.

COMBAVD.

Et ſcelé du grand ſeau en cire iaune ſur ſimple queuë.

LEdict sieur Archidiacre a cedé, quitté & transporté le droict de son Priuilege à PIERRE CHEVALIER, Maistre Imprimeur & Libraire iuré en l'Vniuersité de Paris, pour par luy en iouyr durant le temps de six ans, comme il est porté par ledict Priuilege. Faict le 24. Iuin, 1612.

